

LONICERUS, JOHANN ADAM

**Venatus et aucupium  
iconibus artificiosiss.**

ad vivum expressa & succinctis versibus  
illustrata

ex officina Martini Lechleri Lechler, Martin  
Frankfurt  
1582

# books2ebooks – Millions of books just a mouse click away!



European libraries are hosting millions of books from the 15th to the 20th century. All these books have now become available as eBooks – just a mouse click away. Search the online catalogue of a library from the eBooks on Demand (EOD) network and order the book as an eBook from all over the world – 24 hours a day, 7 days a week. The book will be digitised and made accessible to you as an eBook. Pay online with a credit card of your choice and build up your personal digital library!

## What is an EOD eBook?

An EOD eBook is a digitised book delivered in the form of a PDF file. In the advanced version, the file contains the image of the scanned original book as well as the automatically recognised full text. Of course marks, notations and other notes in the margins present in the original volume will also appear in this file.

## How to order an EOD eBook?



Wherever you see this button, you can order eBooks directly from the online catalogue of a library. Just search the catalogue and select the book you need.

A user friendly interface will guide you through the ordering process. You will receive a confirmation e-mail and you will be able to track your order at your personal tracing site.

## How to buy an EOD eBook?

Once the book has been digitised and is ready for downloading you will have several payment options. The most convenient option is to use your credit card and pay via a secure transaction mode. After your payment has been received, you will be able to download the eBook.

# Standard EOD eBook – How to use

You receive one single file in the form of a PDF file. You can browse, print and build up your own collection in a convenient manner.

## Print

Print out the whole book or only some pages.

## Browse

Use the PDF reader and enjoy browsing and zooming with your standard day-to-day-software. There is no need to install other software.


## Build up your own collection

The whole book is comprised in one file. Take the book with you on your portable device and build up your personal digital library.

# Advanced EOD eBook - How to use

## Search & Find

Print out the whole book or only some pages.



With the in-built search feature of your PDF reader, you can browse the book for individual words or part of a word.

Use the binocular symbol in the toolbar or the keyboard shortcut (Ctrl+F) to search for a certain word. "Habsburg" is being searched for in this example. The finding is highlighted.

## Copy & Paste Text



Click on the “Select Tool” in the toolbar and select all the text you want to copy within the PDF file. Then open your word processor and paste the copied text there e.g. in Microsoft Word, click on the Edit menu or use the keyboard shortcut (Ctrl+V) in order to Paste the text into your document.

## Copy & Paste Images



If you want to copy and paste an image, use the “Snapshot Tool” from the toolbar menu and paste the picture into the designated programme (e.g. word processor or an image processing programme).

# Terms and Conditions

With the usage of the EOD service, you accept the Terms and Conditions. EOD provides access to digitized documents strictly for personal, non-commercial purposes.

Terms and Conditions in English: <http://books2ebooks.eu/odm/html/ubw/en/agb.html>

Terms and Conditions in German: <http://books2ebooks.eu/odm/html/ubw/de/agb.html>

# More eBooks

More eBooks are available at <http://books2ebooks.eu>

Universitätsbibliothek W

I

229.592

A

EX Bibliotheca Augustiniana  
Conventûs Generalis Vien-  
nensis ad SS. Sebastianum & Ro-  
chum in via Regia.

✱ *CC. 5. 17* ✱  
*MM. 5. 17*

CC6 — 3

J. J. 5 — 45.

5. C

49. A.

0-2-14-

VENATVS ET AVCVPIVM

# ICONIBVS ARTI-

FICIOSISS. AD VIVVM EX-

pressa, & succinctis versibus il-

*Conventûs Generalis* lustrata, Per *Venenus*

*Joan. Adam. Lonicerum, Francfortanum.*

*D. H. Sebast. et Rochum*

QVIBVS PRAEMISIMVS, IN HONOREM  
EXCELLENTISSIMAE ARTIS POETICAE, VENATIO-

*nem Nobilissimi & ingeniosissimi poetæ HERCVLIS STROZAE FLO-*

*RENTINI, & HADRIANI CARDINALIS S. Chryso-*

*goni, qui deinde Pontifex Max. factus est, carmen*

*elegans de Venatione Aulica.*

AD CALCEM VERO ADIVNXIMVS POETAS TRES

egregios, GRATIVM qui Augusto Principe floruit de venatione,

M. Aurelium Olympium Nemesianum, qui Cynegetica

scripsit, & Ioannem Darcæum Venusinum

de canibus.

Ita vt prodesse simul & delectare vna eademque opera voluerimus.

CVM GRATIA ET PRIVILEGIO IMPERIALI.



W  
Bibliotheca Augustinia-  
na Conventûs Generalis  
nensis ad SS. Sebastianum  
Rochum in viâ Regiâ.

*J. G. \* 14 \**

re  
æ-  
nci-  
ra-  
tum  
nam  
im  
ed  
n-  
ac

II  
229 592



VIRTVTVM SPLENDO-  
RE, MAIORVMQVE IMAGINI-  
*bns nobili viro Antonio ab Gablentz, domi-  
no suo officiosè colendo.*



ON nobis solùm natos nos esse, ortusque nostri partem sibi patriam vindicare, partim parentes, partim amicos, referente in 1. Offic. M. Cicerone, autor est Plato. Magnifica sanè nec minus sapiens, ac erudita, quàm vera & pia, tantoque Philosopho digna sententia. Suo enim ambitu totam humanæ inter se societatis rationem complectitur atque conditionem, eamque certis ac distinctis officiorum ac beneficiorum gradibus vult contineri integramque subsistere. Intellexit vir sapiens, vnicum publicæ salutis vinculum ac fundamentum esse bonorum officiorumque; in societate hac ciuili communicationem, quæ est rerum omnium, quas ad communem vsum hominum natura genuit, quædam communitas, modò quæ legibus sunt descripta, & Iure ciuili definita, hæc ita teneantur vt est constitutum. Hac igitur in parte & ego naturam ducem sequutus, honesti pulchritudine ductus, principum exemplo erectus, communes utilitates in medium afferre, tum artibus, tum opera, tum facultatibus deuincire hominum inter homines societatem semper studui; Sin minus studio tantam rei magnitudinem consequi potui, voluntate certè proximè accessi. Quântum igitur eius fieri potuit, operam hæcenus pro conditionis meæ ratione dedi sedulò, nullis parcens sumtibus, non labori nec molestiis, communis patriæ commodis vt inferuirem ac Reip. literariæ consulèrem, plurimos eosque selectissimos in omni artium ac disciplinarum genere autores in vulgus edendo. A quo me conatu etiamnum nihil quicquã remisisse profiteri possum ingenuè. Quod igitur vnum restare videbatur, etiam principibus viris ac nobilibus operam vt darem, id in præsentiarum præstitisse me arbitror. Vitatissimi enim nunc in aulis Principum ac nobilium propriè ac peculiaris exercitij, venandi nimirum rationem vniuersam vsumque qualis hodie est, ordine exactissimo descriptum ac in librum relatum de Gallico idiomate in vernaculam nostram linguam recens traduci atque in publicum emitti curauì. Et quo magis non tantum animos lectorum intentos hic tractatus detineret, verum etiam erectos redderet, tædio leuaret, oculosque ipsorum pasceret, peculiaribus, nouis, & an-

te hac non visis figuris singulos feras insequendi modos, oculis quantum maximè fieri potuit, exactè & eleganter subiicientibus, exornatum reddidi, sumptibus meherculè maximis ac quodammodo infinitis. Cùm autem iste liber maior aliquanto videretur, quàm pro modo cuiusvis criminæ, tum verò plurimis tantum à gaurioribus negotiis deripere non liceat otij eius lectiori quod impendant, aliis verò vt maximè liceat, non libeat tamen prolixiores huiusmodi tractatus pellegere: Illorū ergo parcere pecuniæ, horum tædio mederi cupiens, figuras illas quas dixi, recentes, seorsim peculiari libello concinnatas, adhibitis epigrammatis latinis & teutonicis, cum succineta breuitate insignibus, tum erudita doctrina refertis, prælo subiicere libuit. Primum vt hac ratione Principibus, nobilibusque Germaniæ nostræ viris maiori cum fœnore debitum, quo obstrictum me hæc tenuerunt, redderem, voti que ac petitionis suæ compotes ipsos facerem. Tum verò non minus illorum autoritate apud me pondus habuit exercitij huius nobilis ac verè regij præstantia vtilitasque insignis. Nam vt omittam, quod Euripides venationem suis abundè sectatoribus ait præstare, culinam videlicet quod reddat instructiorem, victumque lautio rem: quæ maior magisue necessaria in viro Principe potest requiri virtus, quàm domi inque rebus ciuilibus prudentia, foris verò militaris scientia. Atque hæc quidem ita inter se sunt copulatæ, vt hæc sine illa Reipubl. vsui non sit: illa ab hac destituta quasi neruis incisus contemptui sit vulgò atque inutilis. Iam ad prudentiam, quam requirimus politicam, excitandam præter rerum cognitionem maximo opere necessarius est corporis habitus conueniens, nec humorum inter se discrasia afflicta. Quod vt obtineri possit, non exigua motus & quietis, qua de re diligentius Medici præcipiunt, habenda est ratio. Hæc enim sanitatem maximè alunt augentque. Principibus autem viris quod aliud corporis exercitium melius atque ipsorum Cels. ac Mag. accommodatius venatione reliquum sit, non video. Ea enim spiritus cum vitales, corporis humani rectorum, tum animales sapientis animi præfides, qui in otio quasi obducti torpebant, vegetiores reddit, atque ad munia sua obeunda alacriores multò, quàm vlla Medicorum Catapotia: Primarum qualitatum in corporibus harmoniam conseruat, ac ne impotens culina rationis imperium excutiat, prohibet. Porrò ad militarem scientiam, cuius quasi progymnasma ac præludium est venatio, sectatores suos præparat. Venatorem enim de nocte surgere, astum ac frigora patienter ferre, per montes vallesque; sursum deorsum contendere, animo denique in periculis præsentibus, & in laboribus perferendis infracto esse oportet. Hæc in milite maximo opere requiri quis non videt? At verò militis hæc esse inquires, nihil ad Principes viros. Imperatorias venatio

natio non minus virtutes edocet. Ille hostes patria arcet, direptiones prohibet, pacem ac disciplinam tuetur: Non secus hic ferarum metu colonos liberat, segetes à vastationibus defendit, victum lautio rem sudore parat: nunc vi manifesta belluas adoritur, canum agminibus fatigat, in retia agit: nunc fraude laqueisque positis eas captat, iaculis proster nit, insidias fruit. Nec verò minorem spoliis gloriam reportat venator. Meleager cum infestum maximè ac formidabilem Arcadibus aprum sustulisset, ab incolis pro Deo cultus est. Cadmus Agenoris filius cum Draconem interfecisset, quantam & quam veram hic sibi cepit laudem? Id quod etiamnum in aulis Principum moris esse videmus. Hinc ergo credimus, quòd summi Reges atque Principes huic semper studio multum operæ impenderunt, ac quidquid temporis de grauioribus Imperij negotiis reliquum ipsis fuit, id vniuersum venationi dederunt. Eorum hoc loco exempla percensere, cum domi vestra nascantur, superuacaneum videtur: cum præsertim omnes, quotquot vnquam extiterunt, viros præstantes ita credidisse constet, non tantum honestum hoc & licitum esse corporis exercitium animique à grauioribus negotiis ac studiis seuerioribus recreationem, verum etiam ad desidi am omnium vitiorum fomitem excutiendam maximè necessarium. Dianam semper virginem Poetæ perpetuo venandi studio incumbere fingunt, quo ipso innuere voluerunt, desidi am luxumque cane peius & angue fugienda his, quibus casti decus pudoris cordi est, quiq; suam virgin itatem tueri student illibatam. Tandem etiam honestas venatio exhibet voluptates, animumque negotiorum mole obtusum quasi acuit, curarum scrupulum eximit, non rarò etiam morborum aciem retundit.

Hæ igitur instituti mei fuere rationes, quibus & illa accessit, quòd mirum in modum harum picturarum pulchritudine ac elegantia captus, hoc præstantissimi artificis Ammonij nostri monimentum immortalitati consecrandum duxi. Cum enim magna per se est pictoriæ artis Graphicsq; præstantia, tum vtilitas tanta, tamque infinita suauitas, vt verbis illa satis consequi non possim: Summos verò ac sapientissimos semper viros sua pulchritudine ad sui pellexit amorem & admirationem. Et tenent me hercle oculos picturæ, nimium verò quantum afficiunt animum. Ad nostras verò quod attinet figuras, non minorem hæ, ob rerum venatori arum quam proponunt descriptionem luculentissimam gloriam reportabunt. Ne autem arida prorsus & inamœna essent omnia in tam vastis sylvarum anfractibus, montium iugis, valliumque recessibus, obambulanti, epigrammatis elegantibus ac succinctis ceu flosculis quibusdam ea resper si, quibus venator eruditus animum, vt picturis oculos pascere, eruditionem alere, vitamque & mores

formare poterit. Tuæ verò nobili præstantiæ libellum hunc offerre propriumque dicare non abs re visum fuit. Cùm enim huic recens prodeunti infantulo tutore, cuius autoritate maleuolorum insultus elideret, opus esset: qui & ipse rerum aulicarum gnarus esset, nec à Musis abhorreret, & qui propter exiguum quem præ se fert libellus prætextum, suo ipsum non dignaretur favore: Nobilis tua Præstantia commodum se mihi offerebat, huic rei præ cæteris idonea. Hanc enim nõ generis solùm splendore ac nobilitate venerandam scimus, sed & sua in negotiis atque officiis arduis prudentia ac fide, in consiliis dexteritate & candore, erga vniuersos verò & singulos humanitate ac beneficentia eam sibi autoritatem parauisse cognouimus, vt vel in sola nominis vestri celebritate florere, tutoque consistere hic libellus noster possit. Huic accedit Nobilis tuæ Præstantiæ insignis eruditio ac liberalium disciplinarum cognitio eximia: tum etiã his coniuncta præstans & singularis humanitas, & beneuolentia, venationum scientia non mediocris, ac labor indefessus, quibus adductus Nobilem tuam Præstantiam exiguum munusculum, mei erga eandem amoris testimonium, vultu placido & sereno suscepturam nihil quidquam dubito. Id enim pristina Nobilit. tuæ Præstantiæ, cùm integritas, tum beneuolentia quas & à natura infitas habet, quibusque erga Musarum studiorumque sectatores vti consuevit, pro certo propemodum mihi pollicetur. Quod vt faciat Nobilis tua Præstantia submissæ etiam atque etiam rogo. Francoforti Calendis Aprilis, anno reparatæ salutis 1582.

*Nobilis Tuæ Præstantia*

*studiofissimus*

*Sigismundus, Feyerabendius ciuis  
& Bibliopola Francof.*

CAESARIS BOR-  
GIAE DVCIS EPICEDIVM,  
per Herculem Strozam ad di-  
uam Lucretiam Borgiam  
Ferrariæ Ducem.



**H**ætenus aut Elegos humili qua Sædalus vnda  
Serpis, & illabens fulvas humectat arenas,  
Aut vbi deiectum curru Phaëtonta paterno  
Excepit gremio Eridanus maioribus orsis  
Acta virum cecini. Nunc lustra per alta va-  
Est animus cornuq; feras excire sonanti, (gari

Venantumq; acies belli simulacra referre,  
Mox avidum tentare lubam, atq; horrentia Martis  
Agmina, Tu cithara, & flexi simul arbiter arcus  
Phœbe mone ac forti mecum auia cinge Molosso:

Tuq; adsis mihi virginibus comes addita Musis.  
Borgiadum decus, in tenui quoq; gloria, Si non  
Aspernata meos hedera dignabere crineis.

Dum mouet Hercynios, famulantemq; excitat Arcton  
Carolus, & Latias bellum meditatur ad vrbeis,  
Ne terat interea sub inertis tempora luxu,  
Venatum iubet Aurora surgente parari.  
Quo permota sono fremit arma, canesq; iuuentus,  
Et latam magnis implet clamoribus vrbem.  
Vix medios cursus nox intempesta secabas,  
Aerea cum longo sonuerunt cornua cantu.  
Exurgunt stratis iuuenes celeresq; reuisunt  
Cornipedes adsunt nitidi in præsepibus altis,  
Tollentes capita, & plausum rectoris amanti,  
Tum famuli accelerant, pulchrisq; tapetibus armos  
Insternunt, adhibentq; ferocibus aurea frena.  
Nec non turba canum blandita vocantibus astas  
Hinc illinc dominis, illi omneis nomine poscunt,

Aureaq;

Auræaque intendunt hirsuto vincula collo,  
Attractantque manu placidos, præ sagæque laudum  
Verba ferunt, pars aratis venabula nodis  
Expediunt, arcusque parant implentq̄, pharetra  
Missilibus, pars rara suis cum retia pilis  
Agglomerant cupidi sylvarum, aptantq̄, ferendo.

Interea veniens extremo Phœbus ab orbe  
Reddiderat mundoque diem, rebusque colorem.  
Atque illi ad regem sese, suæque arma ferebant.  
Forte aderant patria ex alta atque Insubribus aruis,  
Eridaniq̄, solo, magni qui nomine Mauri  
Fœdera percussum exierant, Galeatius, atque  
Nicoleos ambo insignes, amboq̄, potentes  
Militiaq̄, domiq̄, Ducis gener ille, decusq̄  
Sansœuerinorum, hic comptus Peneide crimen.  
Corrigium extollit, placidaq̄, pace gubernat,  
Venerat & super hos Italûm delecta iuuentus  
Visendi studio Regem, genteisq̄, comatas.

Dux erat Hippolytus, pulchro satus Hercule, pulcher  
Hippolytus, quem fata vocant, cui Iuppiter olim  
Pontificale decus Romanamq̄, annuit arcem.  
Non hic purpurei manifestus honore galeri,  
Sed sagulo in viridi cunctis incognitus ibat,  
Et Thracum de more habilem succinxerat enses  
Venator, tuleratq̄, leuem cum cuspidis sagum.  
Acer equo, præ seq̄, latens decus ore ferebat,  
Ut, licet humanos superûm pater induat artus,  
Diuina stat frontis honor, fulgetq̄, repostum  
Numen, & Ambrosium latè diffundit odorem.

Hicq̄, viam simul accelerant stipante caterua  
Magnanimûm heroum, cunctos Galeatius anteit  
Puniceam chlamydem limbo circumdatus aureo,  
Quem Geticus portat sonipes sinuansia crura  
Sublata ceruice ferens, argentea rufæ  
Per terga excurrunt macula niueosq̄, per armos,  
Summaq̄, conuertit bicolor vestigia cauda.  
Proximus huic conspectus equo Phœbeius ibat  
Nicoleos, cui passa humeris coma concolor auro

Pendet ebur tergo, quod vasto exemerat hosti  
Venator Libycus, doctoq<sup>3</sup> foratile Giluo  
Ornandum dederat, multo inde coemerat auro  
Borsius, Insubrumq<sup>3</sup> duci donarat habendum.  
Munera at hic alia vnanimi dum stipat amico,  
Cessit idem dono, quo non errantibus vllum  
Nobilius signum canibus. tremit alta sonore  
Sylua, & saxosis rapidi in conuallibus amnes.

Ventum erat ad valuas, quæ Regis in atria ducunt,  
Vndiq<sup>3</sup> conueniunt sub tempora veris adulti  
Pastorum tepido in tecto mulctaria circum  
Densa, velut coeunt volitantum examina dulci  
Oblectata cibo. iam summa luce paratus  
Progreditur magna procerum comitante corona  
Carolus, & placido circumspicit agmina vultu.  
Irradians gemmis it summo pectore torques  
Aureus, atque humeris clarum partitur honorem,  
Magnus honor capiti geminus procul enitet ordo  
Baccarum, hinc adamas fuluo suspenditur auro,  
Candidus inde micat gemmae Garamantidos ignis.

Tum celeri confedit equo, quem fudit ad austrum  
Callaica occiduo conceptum flamine mater:  
Nigricat, & pressa latus omne nigredine fulget,  
Frons tenui distincta albo, quæque vngula cornu  
Terminat, atque pedis solidat vestigia leui,  
Candida se tereti subnectit fascia circolo,  
Aurea per mediam collidunt velleræ frontem,  
Setigeróque labant demissa monilia collo.  
Hæc quoties cursu genitalem prouocat auram,  
Conuolitant, blandosque serunt per pectora lusus,  
Ille secat campos fugiens, it segnior alis  
Eurúsque, Zephyrúsque, & missum fulmen Olympo

Hunc grege de patrio diuersa per aquora vexit  
Alipedum Tessyra bonus nutritor equorum  
Musarum Decus, & gemini noua gloria iuris:  
Hocque fluentina tulit aurea premia palma,  
Dum veterem Roma molem, & regna Italia visit,  
Post & equum, & meritis Regi donarat honores.

Talis apud Rhodopen exuta caeside Mauors  
Bellona cessante leueis per deuia ceruos  
Sollicitare parat. commisti limina circum  
Edoni, Bessi que fremunt, Mysiq<sup>3</sup>, Getaq<sup>3</sup>,  
Ipse fatigat equum, sparsamq<sup>3</sup> ex ordine querna  
Stringit fronde comam fingens, auroq<sup>3</sup> coronat.

Huic comes à læua Hispano de sanguine Casar  
Ille, nouum terris decus, & noua cura Deorum  
Borgia, qui Gallæ thalamo deuinctus honoro  
Coniugis, Italia gelidas aduerterat oras,  
Dextro innisum humero, læuum procumbit in armum  
Tortile per seriem nodis fulgentibus aurum,  
Pectore de medio pendens insignè paternum  
Cornibus auratis lucet bos gemmeus, instar  
Stella autumnalis, vitreo quæ lota resurgit  
Oceano, ante alias cœlo admiranda sereno.

Ipse acer stimulis leuiter primam incitat iram  
Quadrupedis, faciliq<sup>3</sup> in gyrum versat habena,  
Mox agit in furias mandentem frena, neque vllos  
Dignantem Domini motus, iam se altus in auras  
Tollit equus, circumq<sup>3</sup> affusum disilit agmen.

Sic in amictæa cum se exercet arena  
Tindarides, nunc huc, nunc læua obuerterat illuc  
Cyllaron insultantem aruis, flamæque vomentem  
Naribus, ad saltus iterabant vota Lacæna.  
It portis armata phalanx iaculisq<sup>3</sup>, plagisq<sup>3</sup>,  
Ille suum hortatur comitem, fandoq<sup>3</sup> coarctat  
Interualla via, lætum hi pæana canentes  
Magnanimos memorant heroes, & inclyta Francæ  
Gesta Antenorei, præcedit odora canum vis,  
Inde armillati subeunt longo ordine Bessi,  
Villofiq<sup>3</sup>, Getæ, atque exilia crura Lacones  
Succincti, & magna spectandi mole Britanni.

Aschetos ante alios forma præstantior ibat,  
Cum Lycus immensum metitus lumine corpus,  
Vadentem simul his compellat vocibus Argum,  
Custodemq<sup>3</sup> canum, vastatoremq<sup>3</sup> ferarum.  
Arge, quis hunc primum nostras perduxit in oras?

Non e quidem tantam memini me cernere molem.  
 Dixerat, ille subit, dapibus cum forte remotis,  
 Lusur, & hesternas cepissent ocia mensas,  
 Incola Masylia Seras scrutatus, & Indos  
 Munificum ad regem merces aduexit Eoas.  
 Tum simul Albanus, cano de vertice genti  
 Nomen, Iasonia qui sese stirpe ferebat,  
 Insignem millo, & fuluo thorace rigentem,  
 Tollentem argutas aureis, & torua tuentem.  
 Donai habere canem congressum saepe sub altis  
 Rupibus aut vrso, aut horrenda mole leoni:  
 Ascheton hunc ideo dixere, quod area iam non  
 Vincula, non ipsi possent retinere magistri.  
 Terrificos membrorum artus, hirsutaq; colla,  
 Immensumq; caput, denteisq; vtrique minaces  
 Miratur, gratoq; r. fert ita Carolus ore:  
 Charius haud poteris, aut opportunius vllum  
 Munus ferre mihi. nam cum lux crastina caelo  
 Fulserit, vmbrosis meditamus salibus arma  
 Tu simul accedas nostris venatibus hospes.

Ille sub hac, veniam quod me Rex cunq; vocabis:  
 Atque vt inam primo aspiret fortuna labori,  
 Nam si aliqua e syluis sese fera nobilis altis  
 Offeret, & campo bellum committet aperto,  
 (Degeneris neque enim latatur sanguine prada)  
 Vim canis egregiam, atque acris mirabere pugnas.  
 Vidimus assuetos inter desertas ferarum  
 Nequicquam immane is irasci in cornua tauros.  
 Sternere ludus apros, nec totam excandet in iram,  
 Si rigidis pugnent informes vnguibus vrsi.  
 Gaudet atrox magni fremitum si forte leonis  
 Audiatur, & celerirapitur per deuia cursu,  
 Ac formidando metuendus obambulat hosti,  
 Villosa donec ceruici adnissus inheret,  
 Sanguineaq; feram morientem extendit arena.  
 Acrius exultans vastos in praelia Barros  
 Prouocat, & tantam (dictu mirabile) molem  
 Sternit, at ingentem procumbens illa ruinam

Per dumosa trahit, garritu tesqua sonoro

Dissultant, gliscitq; grauis venantibus horror.

Talia iactantem Phrygio Rex donat amictu.

Quem Philoë intexto circum depinxit Acantho,

Santonicas inter Philoë doctissima matres.

Addit equos, patriaque insignis arte cateias,

Scutaq; & auratis sinuosis cornibus arcum,

Tum grauidam telis Inuli de pelle pharetram,

Quam bonus Eurimedon maculis distinxit, & aure,

Quaque humeris arctatur onus, nitet aurea longe

Fibula lucentis stellata ardore pyropi.

Et nunc ille nouo graditur spectandus honore.

Aspice quantus eat, quam sese ostendet in armis?

Nempe hodie hos animos, atque has spectabimus artes.

Hac illi inter se alternant, dum feruida ceptum

Haurit iter pubes, nemoriq; aduenat opaco.

Est sylua, Hercyniam nostri dixere, ferarum

Hinc illinc stabula alta horrent, vastiq; recessus,

Nulla sagittifera dilectior ora Diana.

Fama est indigenis sub prima crepuscula Diæ

Vocem exaudiri, rarumque per auia cornu,

Monstraque vicinos ferri confossa per agros,

Mortales que non ausint incessere dextra.

Hinc aded vt maneant longum indeprensa per æuum

Deuia, & extremis fugiat venator ab umbris:

Itur in hanc tacite, sua quisque munera leti,

Pars circum tendunt casseis, pars callis opaci

Armati obsidunt fauces, pars equora campi

Obseruant in equis, vigiliq; indagine saltus

Circundant, acreisq; tenent ad vincla Molossos.

Hi postquam subiëre nemus, per lustra sagacem

Immisere manum, bona naribus Heuresichne

Huc illuc volat, & vestigia captat odore,

Seclaque latratu sequitur deprensa ferarum.

Proximus huic qui matre alia, patre cretus eodem

Osphranus informis rictu, verum inter odores

Fama canes, ciet è latebris, vulpesq; dolosas,

Carniuorofq; lupos, pauidiq; cubilia Dama

Destituunt

Destituunt cursu, glomeratq̄, agmine ceruū  
Persultant campum trepidi formidine penna,  
Pars ruit in laqueos, leuibus pars incita besis  
Præcipitat, Zephyri aura sequens vestigia verrit.

Hic primus fœtam iaculo transuerberat vrsam  
Carolus, informis cecidit de vulnere partus,  
Voluitur ipsa solo moriens, telumq̄, momordit.  
Ast socij clamorem ingentem ad sidera tollunt  
Latati augurio, regemq̄, omeng, salutant.  
Maxima dein præda cadens exorta ferina  
Theragus, Ocypete, Thoissa, Melana, Cylindus,  
Charodesq̄, hirtus setis, domitorq̄, ferarum  
Theridamas, veloxq̄, Lagois, & ocyor illa  
Protodromus, longoq̄, legens compendia passu  
Macrobates, Leucónq̄, rapaci & cum Harpage Theron  
Exuti vinclis simul emicuère, simulq̄  
Dant magnam syluis stragem, passimq̄, lupi cem  
Discurrunt, vbi vere nouo pascencia latè  
Prospiciunt armenta vagari libera campis.

Excipit incautam, dum prospicit anxia natis,  
Obtruncatq̄, lupam graia de stirpe Marullus  
Musarum comes egregius, cantorq̄, Deorum.  
Nec mora, mœrentes materna morte gemellos  
Insequitur cursu, & vinclis circunligat ambos.

Stabat Aprum contra venientem obniscus Amyntas,  
Defixusq̄, solo nodis, ferroq̄, rigentem  
Nequicquam intrepidus palmis obstrinxerat hastam.  
Sed neque fulmineam subsistit robur ad iram,  
Nec iuuenis titubata solo vestigia fidunt.  
Labitur infelix, subit ira feruidus hostis  
Labentem: immani sed non contingere corpus  
Dente valet, primamque rapit de pectore vestem.

Ecce lacepsitum telo, pugnasq̄, cientem  
Respicit Hippolytus, nec casus terret Amyntæ.  
Vt celerem stimulabat equum, sic comminus hasta  
Irruit in monstrum, fagi pars altera fronti  
Figitur, it tenuis pars altera scissa per auræ.  
Hoc magis ignescunt ira, fatiisq̄, propinquis

Vexatus: mouet arma furor, sic fossus, & hastam  
Fronte gerens Hero petit, diu nostra tuentes  
Præsidia, incæptos in equum vertere furores.  
Occupat huic pectus, tum dentibus occupat aluum,  
Visceribusq̄, truci latam dedit ore fenestram.  
Stat tamen ad vulnus sonipes, sed strenuus Heros  
Effuso meritas sumens pro sanguine pœnas  
Ensem adigit, quæ sunt hirti confinia colli  
Frangitur, & tandem moriens procumbit humi Sus.  
Iamq̄, canes alium excierant de sentibus Aprum,  
Quem circum glomerati omnes crebra vndiq̄, tela  
Fundere, & audaces fremitu instigare Britannos.

Sed Venetum decus, infanti cui pectus Apollo  
Impleuit, triplicemq̄, dedit Tritonia linguam.  
Bembus in aduersum iaculatur missile dextra,  
Quod male tardatum calloso tegmine pectus  
Transadijt, lati q̄, vias in corde recludit,  
Auulsum q̄, caput Triuia, tibi Phœbe dicauit  
Spicula, & eterno sacrauit carmine dona.

At Thebaldæus syluæ sciens, & sciens artis  
Pieria, Phœbo & Phœba gratissimus æquæ,  
Multiparamq̄, suem iaculo, iaculoq̄, fugacem  
Sternit humi ceruam, quas tu Borgete citaras  
Nare sagax, forma insignis, tua munera Borges,  
Borges quo tellus Hispana superbit alumno,  
Borges cui triplicem fata inuidere coronam.

Mox & Pontanus, quo non præstantior alter  
Ferre volutabris tacito vestigia gressu,  
Et præpilatas succis armare sagittas,  
Saltibus in medijs tollentem cornua ceruum  
Aspexit latitans, amentaq̄, lorea torfit.  
Hasta volat, geminumq̄, simul sit vincita furorem,  
Sic flammæ, vulnusq̄, ferunt contorta rubenti  
Tela Iouis dextra, fossus consumitur igne  
Ceus, & ardentes apparent vulnere fibræ.  
Ille actus stimulis, in aperta pericula fertur.  
Non celeres tardant Cressæ, non obuia terrent  
Spicula: tantus inest dolor osibus, expulit omnem

Mors vicina metum, prospexit ab aggere prædam  
Stroccius, atque citum alipedem calcaribus egit,  
Quanquam euo pridem grauis, imbellisque senecta,  
Dumque per obliquum campo insectatur aperto,  
Qualis hyperboreus celerem de nube columbam  
Accipiter superinstat agens, propiorque fugaci  
Fit magis, atque magis: iamque huc, iamque exigit illus  
Alarum ad sonitum trepidantem, & saua pauentem.  
Consequitur fugientem, enseque impingit adactum  
Vitaleis inter nexis, sed emque cerebri,  
Atque vno geminum perfringit vulnere cornu.  
Sternitur ille solo moriens: per inane feruntur  
Cornua, conclamant omnes, viridemque senectam  
Laudibus attollunt pariter, pariterque recensent,  
Aeternos cecinit quos ille imberbis amores,  
Pastorumque super curas, Borsog, dicatum  
Carmen, Atestinam referens ab origine gentem:  
Progreditur crudus senior venatibus olim  
Insignis, cum prima animo vim præbuit etas,  
Cana virent circum longæua tempora lauri.

Hic præstans animi, & facundo maximus ore  
Timotheus, siue ille iocos, seu seria dicat,  
Pieridum addictus studijs, addictus amori,  
Prospicit errantem spaciofa per æquora Damam,  
Consequiturque celer, sed cum iam prendere posset,  
Non vetat elabi, qualis Gangetica tigris  
Quam neque progenies, neque amor compellit edendi,  
Si capream, aut leporem medijs intercipit aruis,  
Colludit, pauidumque leui nunc destinat vngue,  
Nunc spatium finit esse fuge, quantum ipsa volando  
Exuperare queat, trepidumque immota parumper,  
Et prona obseruat, rapido mox concita cursu  
Insequitur iam, iamque tenet, gaudetque sequendo.  
Corripuit tandem fessam, vinculisque ligauit.

Tu quoque par Phæbo forma, & par Pice sagittis,  
Parg, lyra, rerumque, potens cognoscere causas,  
Albenti cinctus vitta, lauroque vagaris  
Per saltus, sternisque, feras, nunc callidus arcu

**Figere, nunc celeri validus prauertere cursu.**  
Quo te cunq<sup>3</sup>, rapis tua per vestigia fertur  
Franciscus de fratre nepos, & suggerit arma.

Maximus interea villis horrentibus vsus  
Proflit, fortémq<sup>3</sup> Lyam, fortémq<sup>3</sup> Gerastum  
Purpureas prima in spersos lanugine malas,  
Quos vno geminos Rheni propè flumina partu  
Sequanis hesperio Nympha est enixa Phiota,  
Sternit humi, simul vlna immani amplexus vtrunque  
Occupat os, mentúm q<sup>3</sup> Lya, sed terga Gerasto,  
Alter enim in faciem, resupinus concidit alter.

Vidit, & ingemuit casu perculsus acerbo  
Casar, agens celerem nemora inter frondea ceruum.  
Linguis anhelantem, & cursu iam præpete victum  
Maçte animo iuuenis, leuia hæc, fortíq<sup>3</sup> putasti  
Contemnenda viro, gaudens ingentibus ausis.  
Tempus erit quo te Gallos sub iura togatos,  
Bísq<sup>3</sup> acreis vrgentem Umbros, Latioque frementem  
Bella canam, atque alys accingam sedulus armis,  
Accipe nunc haud magna tuæ præludia laudis.  
Quadrupedantem arrectum aureis, monstróq<sup>3</sup> pauentem  
Commendat Remulo, & vastum pedes exit in hostem,  
Non galea, non ille quidem thorace, neque vllis  
Vallatur canibus, Sed térque, quatérq<sup>3</sup> plicatam  
Inuoluit leuæ chlamydem, dextrámq<sup>3</sup> dolone  
Armat, & horrendam vasto subit impete molem.  
Intorsit caput infrendens, & lumine toruo  
Prospiciens contra venientem Heroa, reliquit  
Semianimeis, villis tabo fluit, hirtaq<sup>3</sup> tetrum  
Per terram passim despumant ora cruorem.  
Ipse bipes ferus ingreditur, pugnámq<sup>3</sup> lacepsit  
Arduus, & vastos pandit de for mis hiatus.  
At non immani rictu perterritus Heros,  
Vnguibus aut rigidis, lauam catus obtulit hosti,  
Ille inhians rapit oblatam, ceu guttura pandens  
Corripit obiectam custos Plutonium offam.  
Nec mora, quin caput inualidum transuerberet ictu  
Bellator, vulnúsq<sup>3</sup> iteret, dum victa satiscat

Bellua, terrificum tellus dedit icta fragorem,  
 Quantus nubiferi iuga personat Apennini,  
 Dum cadit, aut excisa suis radicibus ingens  
 Fraxinus, aut quercus ferro exturbata bipenni,  
 Ad sonitum prior ora Lyis truncatus, & atro  
 Sanguine deformis caput extulit, inde Geraſtus  
 Voluitur, atque oculos dubitata in ſydera ſlectit.  
 Quos victor pariter verbis ſolatur amicis,  
 Qui vos tam miſerè caſus tulit? heu tua virtus  
 Quò ceſſit laudate Lya? laudate Geraſte  
 Quòve tua? & veſtro fugiens inuidis honori?  
 Sed reuocate animos, nec vos timor angat inerteis.  
 Ille quidem facti pœnas dedit, occidit hoſtis,  
 Occidit hoc noſtro ferro, noſtròq; labore  
 Fuſus humi. Simul ora Lyæ miſeratur, at illis  
 Forte ſuperueniens abſterſit vulnera lymphis  
 Herbarum, medicæq; potens Epidaurius artis  
 Pharmacero taleis Regem comitatus in uſus.  
 Ergo alios ſubit in ſaltus, ſyluamq; peragrat  
 Fretus equo, iaculoq; animisq; & viribus Heros.

Eſt fera, cui geminas media de fronte per aureis  
 Tollitur excelſum ramoſo vertice cornu,  
 Ipſa bouis, nomeng; refert, ceruiq; figuram.  
 Hanc fremitu excitam luſtris, ſpatioq; patentè  
 Fidentem, ſonitumq; canum procul accipientem,  
 Sanſeuerinus apro repetit dum caſtra peremto  
 Transmittens campum longè videt, ac celer acri  
 Urget equo, volat illa fugax, mediumq; per æquor  
 Inſtantem eludit, vulnuſque citatior exit.  
 Difficilis dat palma animos, nunquàmque Latinis  
 Aſpectum monſtrum in ſyluis premit, acrius armos  
 Quadrupedis, tum lora manu leuiore remittit.  
 At ſimul vndanteis collo præſenſit habenas,  
 Præuolat, & rapido Getæ concitus ocyor Euro.  
 Non ſinit eſſe moram iactu, præſiſq; feroci,  
 Ore lupis celeri præuertit vota meatu.  
 Hic mutata fugæ ſpecies, ſequiturq; ſequentem  
 Bellua venantum longis clamoribus acta.

At vultu exardet iuuenis pudor, iraque mentem  
Sollicitat, partumq; rapi indignatur honorem.  
Non decoris tamen ille sui est oblitus, & artis.  
Fertur, & obuerso iaculatur pectore telum,  
Qualis Achamenius totis obniscus habentis  
Dum fugit, instanteis à tergo vulnerat hosteis,  
Egregiam felix artem fortuna secuta est.  
It summa iaculum fronti, paulumq; recliue  
Imprimitur, durisq; tenaciter ossibus haret.  
Naturæ alludit casus, prodire videtur  
Alterum in oblongum cornu, summoque minari  
Sæuius aduersis, frontemq; armare rigentem.  
Non tamen hoc fracta vires, subit intima nondum  
Corda dolor, primisque rapit molem impetus agram.  
Mugitu nemus omne replet, taboque fluenti  
Sanguineos infecta oculos intra inuia lustra  
Præcipiti refugit cursu, velut ictus herile  
In tectum exululans canis aduolat. Ecce priusquam  
Syluam ineat lustris egressa horrentibus Alce,  
Alce, cui nimio tenduntur crura rigore,  
Quo nunquam cubat, & si casu concidit vllò  
Ne quicquam rigido consurgere poplite tentat.  
It contrà, angusto teritur quæ semita calle.  
At fera, cui misera caligat lumina circum  
Sanguinis vndantis nubes, quod fronte gerebat  
Obiectat clemens telum dum currit, & vrget  
Implicitam, sternitq; solo, super ipsa secuta.  
Tum demum in faciem iaculo sese angit acuto,  
Sic vbi vtrinque acies rauici canor incitat eris  
Suffossi labuntur equi: aut si fortè virum vir  
Impetat, affligunt sese, proniq; feruntur  
In caput, excusis franguntur crura magistris.  
Iam domito exultat ab equo, victor quo secabas  
Rectum iter ad syluam, quæ semita sæda cruore,  
Cum dextra procul instratam simul aspicit Alcen  
Semianimemque bouem, ac prædam miratur opimam,  
Desiliensque ab equo, fulgentis cingula baltei  
Exiit, atque Alcen nodis stringentibus arctat.

Tum laqueum annectit dumis, pauet illa, tremitq;  
 Distinctos maculis artus, nec vincla recusat.  
 Quid faciat? qua vi imbellis prostrata repugnet?  
 Deinde bouem celer aggreditur conamine toto  
 Singultantem animam, & suspiria sæda trahentem,  
 Miraturq; feram, telumq; à fronte reuellit.  
 Cornigerumq; agilis fuluo caput amputat ense,  
 Vno, eodemq; ictu, abscissumq; reponit in herba:  
 Inde enses abstersum vagina collocat aurea.  
 Quaq; innituntur vestigia, dum premit altius,  
 Quadrupedum vinclis luctantem subligat Alcen,  
 Haud alibi anseribus gruibusq; ingentibus Auces  
 Accipitre exitium indicens ligat auxiliariis  
 Colla canis vincolo, telum inde, caputq; resumit,  
 Alipedemq; leuis saltu superinsilit altum.  
 Vt primum emergit, cuncti admirantur onustum,  
 Leua tenet frenum & iaculum, tenet altera cornu,  
 Vnde ingens dependet onus, porrectaq; vasta  
 Ora fera, tetro manans de gutture sanguis  
 Purpurea virideis sanie super inficit herbas.  
 Cornipedis lateri nunc æquis passibus hæret,  
 Nunc furit, atque via medium sese implicat Alce,  
 Nunc Domini inuito sequitur vestigia grassu.  
 Non secus è pastu lunata fronte Iuuenctus,  
 Innumerus quem pastor agit, nunc tendere contra  
 Nititur, ingenti reuocatus voce parentis,  
 Nunc furis, stimulisq; prior defertur, at illi  
 In diuersa trahunt, medioq; insistere cogunt,  
 Vndiq; concurrunt Galli, mistiq; Latini,  
 Ignarum num capta plagis, deprensæve cursu,  
 Aut subter cæsa latus inclinauerit orno.  
 Iam prædam ostentat Regi, fruiturq; triumpho  
 Victor, & vnde sibi fuerit victoria, narrat,  
 Cum circum astantis strepitu fera territa vulgi  
 Nititur, & magnis labefactat viribus aurum.  
 Nec mora visus elabatur incita vinclis.  
 Et vix tacta secat pernicibus æquora plantis.  
 Illicet emicuere omnes, cursuq; citato

Discurrunt, magnoq̄, feram clamore sequuntur.

Vt medio in campo populatum armenta coloni  
Si videre lupum, sudibus metuenda præstis,  
Horridaq̄, in iaculis diuersa ex parte feruntur  
Agmina, & immanem Cressæ accenduntur in hostem.  
Conclamant, queruntq̄, aditus occludere, at ille  
Fert caudam pauitantem vtero, fallitq̄, sequenteis.  
Corripiunt campi spacia, & certamine magno  
Obnisi dant lora, nec instant verberare tantum,  
Voce cient animos, Spes vireis cuique ministrat.

Qualis vbi Eleo de carcere plurimus exit  
Certatim Sonipes, spelaudum accensa iuuentus  
Feruenti stat prona iugo, tortoq̄, flagello  
Increpat. hinc ira exurgunt, hic amula virtus  
Angit equos, se quisque acuit, volat areus axis.  
Nec minus inter se videas decernere cursu  
Frustrato sudore canes, procul illa sequenteis  
Deserit, & celeri fallit secura recursu.

Pardalus, & Tygris, Thressa hæc, Gortynius ille,  
Ambo animis, cursuq̄, pares, postrema tenebant.

Quos piger extremo Areoste emittis, ademt am  
Dum tibi Pasiphilen turpi indignaris ab Hemo,  
Diuisusq̄, alio mentem, committere tristeis  
Intempestiuus elegis meditaris amores.

At fera dum medios redit indepressa per hostes,  
Anteuolant, signoq̄, pari vestigia figunt.  
Sustentata diu hæc facies cursu, atque recursu,  
Et fors magna pares quæssissent nomina tandem.  
Ni miseris vnâ fatum exitiale tulisset.  
Forte ingens querno stabat de robore truncus,  
Quem carie excessum violentior abscidit Eurus.  
Vix illum præterfugiens elabatur Alce,  
Atque adeo hirsutum perstrinxit stipite corpus.  
Incumbunt illi propius, fatisq̄, malignis  
Obniscus trunco sese collidit vterque:  
Ceu medio in ponto gemina si fortè carina  
Caca in saxa ruant: inslicta turbine vasto  
Soluuntur, fractisq̄, iacent per littora tonsis.

Haud procul vrgebat stimulis Areostus anhelum  
 Cornipedem, vireisq<sup>3</sup> canum clamore ciebat.  
 Vt verò aspexit saua in discrimina lapsos  
 Desilit, & taleis lacrymans agit ore querelas.  
 Huncne igitur video te Pardale? sic mea Tygri  
 Commiseranda iaces? quis vos Deus abstulit Argo?  
 Vosne illi quondam, vastatoresq<sup>3</sup> ferarum,  
 Custodesq<sup>3</sup> mei, quos non labor improbus vnquam,  
 Non saua domuere fera, non impetus vnda?  
 Saltem si alterutri parsissent impia fata,  
 Hoc tristem alterius minuam solamine, luctum.  
 Sic ait, atque torum ambobus substernit in herba.  
 Haud aliter mœrens sese armentarius Afer  
 Questibus exercet, nocturna strage Leones  
 Cui geminas saui heu misero rapuere iuuenas,  
 Spem magnam armenti, flet per deserta, suamq<sup>3</sup>  
 Conqueritur sortem, atque amissas nomine syluis  
 Sape vocat, mœstumq<sup>3</sup> iubet mugire iuuenos.  
 Euolat interea canibus fera lata relictis,  
 Itq<sup>3</sup> atram in syluam magni secura pericli.  
 Nondum tuta tamen. Dimouerat agnine ceruum  
 Nicoleos, captumq<sup>3</sup> manu, vinctumq<sup>3</sup> traherat.  
 At simul ac noua forma ferae sese obtulit illi  
 Captiuam Agyalo committit, & expedit arcum  
 Gnostiaci Phorbantis opus, telumq<sup>3</sup> pharetra  
 Depromit, tulerat pharetramq<sup>3</sup>, arcumq<sup>3</sup> sonantem,  
 Atque humeris Domini in syluis aptarat Alethes,  
 Quod simul imposuit neruo, speculatus apertum  
 Mortis iter, qua parte feram desigat, Apollo,  
 Sis felix & fautor aui si digna quotannis  
 Liba tibi dedimus, niueisq<sup>3</sup> litauimus agnis.  
 Dixerat, & neruo impellit stridente sagittam,  
 Illa volat, fibrasq<sup>3</sup> altum letalis hinc artus  
 Transadijt, cordisq<sup>3</sup> imis in sedibus hæsit.  
 Hæc ita dum syluæ lata in conualle geruntur,  
 Concursum, strepitusq<sup>3</sup>, ingens equitumq<sup>3</sup>, canumq<sup>3</sup>,  
 Exoritur, multiq<sup>3</sup> pauent, retroq<sup>3</sup> residunt.  
 Nanq<sup>3</sup> adeo immanis perfractis retibus Vrus

Infertur campo, atque audentem cominus arma  
Stringere, & his quondam assuetum venatibus Acrin,  
Plurima qui tulerat Germanis cornua mensis  
Clamore ingenti contrà, ferroq<sub>3</sub> ruentem  
Sustulit, & gemino iactavit in aëra cornu  
Sublatum, exceptam rabida sic feruidus ira  
Tollit in astra pilam taurus, cui suscitatur acris  
Pinea tæda animos, puerorumq<sub>3</sub> agmina longè  
Præperibus torquent stimulis, miser ille ruinam  
Ex alto trahit, & comitem penè opprimit Alcum.  
Perfurit inde ferox, mugituq<sub>3</sub> omnia rauco  
Complet, & occursum densum Vrus fertur in agmen  
Torrenti similis fluuiò, quem magna, repensq<sub>2</sub>  
Nimbrorum alluuiæ exauxerat: ille solutus  
Impete præcipiti, non ripa, aut aggere sucto  
Se cobibet, sed & illa ferens, ipsosq<sub>3</sub> resoluens  
Ponteis, & lætas segetes, & pingua latè  
Deuastat culta, heu miseris ploranda colonis.

Sternit Athum, Ligerumq<sub>3</sub>, Thoum<sub>3</sub>, Armontaq<sub>3</sub>, Gallos  
Præter Athum hesperia genitum sub vertice Calpes,  
Nec non oppositum duro petit Enthea cornu,  
Et geminas imò effringit sub pectore costas.  
Pardus ad hæc genitrice Lacon, genitore Molossus,  
Non extrema canum fama, & spes acris Opunti,  
Sese acuit, vastumq<sub>3</sub> laceffit moribus hostem:  
Nunc femori infestus, nunc clunibus, & licet ille  
Irruat aduersus, cursu tamen ipse citato  
Posteriora celer subit, & diuellit ore.  
Tum fera nil metuens, horrenda fronte minatur:  
Seq<sub>3</sub>, rotat, cornuq<sub>3</sub> petit, spiratq<sub>3</sub>, cruentum,  
Ac velut Aetola depastus arundine, circum  
Sistepuere canes, resides exasperat iras,  
Et setis horrescit aper, validusq<sub>3</sub> resistit  
Fulmineo nunc dente ruens, nunc fronte minaci  
Digrediens in terga, obuersum ne premat hostis.  
Haud aliter Pardi stimulus fremit actus in orbem  
Vrus, & in se omnem pugnando colligit iram  
Cornibus oblectans, ruit arma hostilia contrà,

Et miserum audaces temnentem insigere morsus  
Excipit intendens vireis, squamamq<sup>3</sup>, trilicem  
Perforat, atque ingens agit in præcordia vulnus.  
Sternitur ille gemens miserandum, & lumine toruo  
Quod licet insequitur, vitamq<sup>3</sup>, effundit in hostem.  
Stabat adhuc, Vrumq<sup>3</sup>, magis scuire volebat  
Albanus, maiora suis quo nomina miles  
Quereret, & raro spolia ampla referret honore.  
Non tulit infrendens rictus immanis hiatu  
Aschetos, inuitum traxit per iniqua magistrum,  
Areaq<sup>3</sup>, ingentis perfregit vincla catena.  
Tum sese obuertit strepitu fera territa magno,  
Et formidando ruit obuia cornibus hosti  
Demens, quæ potuit specubus latitare sub altis  
Tutius, & tanto non se committere Marti.  
Ut primum hanc rabiem videt Aschetos, omne receptat  
Acrior ad pugnam robur, gaudetq<sup>3</sup>, furentem  
Ire animis contra, maioraq<sup>3</sup>, prælia mallet.  
Iam nimia increscunt vtrinque assultibus ira.  
Hic cornu petit, hic morsu, fronte irritus alter  
Dimicat, alter agit non irrita vulnera dente.  
Spectanteis nouus horror habet, vireusq<sup>3</sup>, animosq<sup>3</sup>,  
Hinc inde admirantur, opemq<sup>3</sup>, afferre laborant.  
At procul Albanus proclamat hyantius ore,  
Præpediantq<sup>3</sup>, canes vinclis, pugnaq<sup>3</sup>, facessant.  
Non secus ac iussi, efficiunt, tacitiq<sup>3</sup>, resistunt,  
Quales obtentu nemorum, aut celsa illice tuti  
Pastores Libya certamina sæua draconum  
Longius explorant visu, metuuntq<sup>3</sup>, tuentes  
Sanguineas cristas, suff. &aq<sup>3</sup>, lumina flammis:  
Ast illi triplicem exertant per sibila linguam,  
Seq<sup>3</sup>, rotant spiris, agit antq<sup>3</sup>, in verbera caudas.  
Haud mora longa, feram morsu, gyroq<sup>3</sup>, fatigat,  
Iamq<sup>3</sup>, fatigat & saliens lauam Aschetos aurem  
Mordicus apprehendit, dextrumq<sup>3</sup>, superuolat armum,  
Obnifusq<sup>3</sup>, trahit, donec immania membra  
Sternat humi, victorq<sup>3</sup>, super desuiat hostem.  
Mugyt horrendum, & vastam dedit acta ruinam

Bellua: tum moriens vestigia versa supernè  
Dimouet, & tenuis nequicquam verberat auras.  
Protinus accurrit, iuguloq; Ablanus inherens  
Impingit lato venabula myrtea ferro.  
Faucibus exectis toto cum sanguine vita  
Effluit, & latè tellus tepesacta cruor est.

Ecce autem medijs sonus è conuallibus ingens  
Auditur, magnusq; tonat stridoribus aether,  
Nanque ferox humeris vinctum gerit Alcimus aprum  
Ingentem, horrendum, qualem Meleagria Pleuron  
Non tulit, aut celsus nemoroso in vertice Olympus.  
Sapè reluctatur, saepe hirtos asperat armos,  
Grunnit usq; attollit aper, spumasq; cruentas  
Euomit, & sædo vectorem sanguine turpat.  
Ille ferox animi nihil hæc luctamina curat,  
Intrepidusq; feram manibus magis, & magis arctat.  
Amphytrionides in monstrifero Erymantho  
Fulmineum sic pressit Aprum, colloque timendum  
Impavidus coniecit onus, sterit ira nouerca  
Anxia, & ad strepitum Sthenelcius horruit Heros.  
Ad noua concurrat trepidum spectacula vulgus,  
Atque immane viri robur miratur, & ausus.  
At procul aspectans inter media agmina Regem  
Talia flammato sauis dedit Alcimus ore.

En syluis qui terror erat, multosq; per annos  
Gallica suffossis vastauit messibus arua.  
Sic ô, sic nobis sese tuus offerat hostis,  
Illum ego non alio captiuum digner honore.  
Vix ea: grunnitu illectus prorumpit in aquor  
Aschetos, & cæsum iam non reminiscitur Vrum.  
Ac velut ille leo, quem non agit improba ventris  
Ingluuias, sed bella iuuant, quanquam oblitus atro  
Sanguine semineces tauri superaccubet artus,  
Si tamen aut campo audacem insultare iuuentum  
Aspicit, aut crebros mugitus auribus haurit,  
Surrigit infectos crineis, horrendaq; torquet  
Lumina, vimq; acuit, sædoq; cadauere pasci  
Iam pudet, atque nouo præde inflamatur amore.

Haud aliter fremit, atque aliam ciet Aschetos iram,  
 Ergo vbi conspiciunt venientem, ac multa furentem,  
 Conclamant, deponat aprum, pugnaq; relaxet.  
 Ille sed obuerso sistit vestigia vultu,  
 Ac velut indignans coram duce, & agmine Marso  
 Ferre tot imperia, & plebeia voce iuberi,  
 Quisque ait his spolijs, & nostra laude superbus  
 Se feret, at victor repetam ipse inglorius vrbem?  
 Cur non idem animi, cum nondum his fracta lacertis  
 Vis inerat, potuitq; horrenda in valle timeri  
 Non lassus, non victus aper, tum optanda, decensq;  
 Pugna fuit: sed nunc quando inter millia solus  
 Hac merui, finite ipse fruar dulcedine palma.  
 At tu fama canum vireis absiste furendo  
 Attentare meas, nulla hinc tibi gloria cedit.  
 Hic mihi partus honos, quantum dabat incita virtus.  
 Ibat in arma ferox, vbi verò cominus hostem  
 Nequicquam ingenteis tentantem abrumpere nexus  
 Vidit, & imbellem agnouit sine nomine pradam,  
 Substitit, ac retro indignans vestigia torsit  
 Aschetos, & chari redijt sub vincla magistri.  
 Non secus atque olim cælo Iouis ales ab alto  
 Accipiens raucum circum Asia prata canorem  
 Præcipitat: tum cuncta cito metita volatu  
 Indecores epulas, cirtatarumq; volocrum  
 Nubila despectat, magnumq; exquirat olorem.

Iam medio Titan currus librabat in axe:  
 Proximus incipiunt motare cacumina sagi,  
 Murmureq; & vasto misceritesqua fragore,  
 Et mugire procul ventis surgentibus æquor,  
 Alpino incumbunt piceæ de vertice nubes,  
 Eripiunt subitò ex oculis syluamq; diemq;  
 Quisq; ciere canes, contendere, sic vbi quercus  
 Exectat latera, aut in longum sicubi rupes  
 Porrigit exesi vastos vmbonis hiatus.  
 Inuoluit nox atra polum, tantumq; relucet  
 Semita, cum densas abrumpunt fulgura nubeis.

Flumina concurrunt, ingens à vertice turbo  
 Incubuit nemori, ruit ab radicibus ornos.  
 Nec Veneris myrto, aut platanis genialibus vllam  
 Indulget veniam, tempestas omnibus aqua  
 Vasta per aërios differt ludibria tractus.  
 Aetheris in medio glomerat pater ipse vapores  
 Igniferos, solidatq; manu, solidosq; rubenti  
 Torquet agens dextra, & nigros ciet agide nimbos.  
 Imbriferum obscurus gladium distringit Orion,  
 Vingq; acuit ventis, sedosq; exasperat imbreis.  
 Sic quondam pluit ex alto, nimbosaq; claustra  
 Vsq; adedò abiit genitor, cum summa natârunt  
 Gargara, & aratas gesère Ceraunia puppeis.  
 Quis Deus hæc olim (quid enim sine numine diuûm?)  
 Musa refer, quò non ea postera nesciat atas.  
 Est locus obiectu nemorum, tosoq; pereso  
 Umbra tegit, venis intus bullantibus vnda  
 Exilit, atque sinu nitidi interfusa lauacri  
 Viua susurranti perfundit saxa veneno:  
 Quippe nihil Veneri, Genioq; nocentius vsquam est.  
 Quicumq; inde bibit, tenerum execratur amorem,  
 Nec dulcis thalamos, nec dona cupidinis vlla  
 Curat, & ignauo tempus terit omne cubili.  
 Ne quicquam expertus geniali retia lecto  
 Mulciber infecit fontem, sparsitq; venena  
 Eumenidum, Stygijsq; lacus inamabile virus,  
 Scilicet armifona bellanti sæpe sub arcto  
 Vt Marti obijceret, Veneris quoddam solueret igneis.  
 Arentem si forte sitim releuaret ab aestu.  
 Auerit Natura dolos, sauaq; nigranti  
 Pratxit ripas, & posteis marmore clausit.  
 Parte sed aduersa sylvarum obteeta recessu  
 Rima patet, prabetq; aditum sitiientibus, illic  
 Exercetq; choros, nudatosq; abluit artus  
 Delia, & aligero vireis infrangit amori,  
 Tartareoq; feros exasperat vngvine mores.  
 Fonte sub hoc laxo Dryope confederat arcu,  
 Ante alias Dryodæ Nymphas dilecta Diana.

Ecce autem lucum ingrediens magno Alcimus ausu  
Ingentem sectatur aprum, quem Cynthia quondam  
Lactentem excepit, dextraq; assuevit herili,  
Ac tenerum exemit, nequando incesta subiret  
Prælia, vesani stimulis agitatus amoris.  
Hinc aded excreuit, vasta se mole ferebat  
Nocte domum, canibus Domina iam notus odore.  
Post multa effugia, insuetas diuenterat umbras:  
Verum ubi nil prodesse videt diuortia Diuæ,  
Torua lacesitus detorquet lumina, & iram  
Colligit, aduersumq; obniscus fertur in hostem.  
Gaudet atrox animi, & vastos consistit ad ictus  
Alcimus, Ionio ceu saxum immobile ponto.  
Quid faciat Nymphe? nemorum tremuit excita pulsu,  
Solâq; vigorq;, & raptoris in ore superbi  
Delituit, tacitusq; pauens subsedit in umbris,  
Admirata trucem per longa umbracula pugnam.  
At simul ille humero expugnatum sustulit hostem,  
Accelerans gressus, Dictynna singula narrat,  
Eia age tela, arcus, aufert prædo impius aprum,  
Cui fueras miscere fauos, cui stringere glandeis,  
Pomaq;, ab arboribus nymphis selecta referre.  
Vidi egomet, vidi pugnanteis cominus ambos,  
Raptorem, vernamq;, tuum, quæ prælia, quantus  
Bellanteis spectare timor, nil fulmen aduncum  
Expauit, gemina prædator sustulit aure,  
Illistq;, solo miserum, vireusq;, represit.  
Nec mora, sanguineos vinculis obstruxit hiatus,  
Luctantemq;, diu pedibus superintulit armo.  
His nemorum custos animum turbata repente  
Impia flammato concepit pectore vota.

Quæ tandem ô genitor me solis degere syluis  
Inuidia est? quid si terræ potiora tenerem?  
Est Paphos, est Amathus Veneri, sunt pulchra Cytheræ  
Atque illic molleis nocturna ad vina choreas  
Integrat, at nobis loca senta, atque horrida dumis.  
Nec tamen absistunt homines auertere prædas,  
Et lusus populare meos, Nymphisq;, minari.

Prò pudor, haud tutum est secreto in fonte lauari:  
Seu fera, siue agitent animosi proxima venti,  
Horresco, & memor vsq; Actæonis ipsa tremisco.  
Vix heu nunc primas ausim discingere vesteis,  
Otiâq; emeritis noctu concedere neruis.  
Quòd si mortales nostris insistere lucis  
Non dubitant: arcus, pharetrâsq; & tela repono.  
Sin mauis me hâc ferre moras, vitamq; pudicam  
Viuerè, da pater hanc, da posse excindere gentem,  
Impiane vireis Chalydon sciat vna Diana.  
Sic ait, & rauco comitum ciet agmina cornu.  
Constitit omne nemus, pauidaq; in vota recurrunt  
Tecta fera, syluisq; tonant iuga summa coruscis,  
Tum verò ad sonitum trepida de cautibus atris  
Conueniunt Nymphæ, & raptis circum vndique telis  
Funduntur: veluti cum semifer a quora Triton  
Excitat, & vasti stagna intonuère profundi,  
Squamea turba ruit, quâ signum tortilis alto  
Concha dedit, celerant inis excita cauernis  
Monstra Sali, properæ sequitur vestigia matris  
Aeuò tardus adhuc, nondiq; rudis Melicerta,  
Haud alia est syluis turba nemoralis imago  
Certatim accelerant Sciroq; Lyoq; Saoq;  
Piceq;, Corycèq;, & forma insignis Itone,  
Et vix dum primo surgens Criseia sub auro.  
Et lyncis maculis Hyale præpicta pharetram,  
Inuleoq; sinus Rhachne succincta fluentis,  
Et segmentata Dryope caput obsita Tygri.  
Et Psecas, & Baurone auris velocior ipsis,  
Et Crocale ante alias lotura docta sorores  
In nodum flauos Domina cohibere capillos,  
Ismenis Crocale, atque Aegyptia Ilithyia,  
Atque aliæ centum, primis nodantur in aurum  
Venatum de more comæ, turba omnis eburnum  
Nuda genu, atque habili suras induta Corburno.  
Auxilio tali sese Latoia Virgo  
Promouet, in fonti exitium meditata cateruæ.  
Sic vbi clangor Halim ripa conciuit vtraque.

Et iam fama mares canit aduentare phalangas,  
Mascula peltatas comites educit Amazon.  
Phœbe arcus, Marpe iaculum, Thermeſſa bipennem  
Corripit, & celeres lateri agglomerantur herili,  
Turbine ſcæmineo resonant caua Thermodontis.

Sed pater omnipotens tantos verſare furoros  
Mente Deas, Natamq̄, odijs immane fremientem  
Aethere proſpiciens, Irim dimittit olympo,  
Miſceat euerſas picea caligine nubeis,  
Inuoluatq̄ diem tenebris, Eurumq̄, Notumq̄,  
Euocet, inſeſtumq̄, citet venantibus imbrem,  
Vnde feris parcant, & ſcæua piacula purgent.  
Irarum donec flamma, caduſq̄, cupido  
Subſidunt nata, comiteſq̄, ferocia ponant.  
Corda Dea. volat illa, & ſumma iuſſa Tonantis  
Exigit & fractas cogit remeare ſorores.

Alcimus irato manet imperterritus vnus  
Sub Ioue, crinitum pulſat caput horrida grando,  
Aeoliq̄, ruunt fratres circumq̄, ſupraq̄,  
Perq̄, comas, perq̄, ora imber fluit, ille neq̄, icſtu  
Grandinis, aut rabie ventorum, aut imbre ſatiſcit.  
Qualiter ex oſſa radice in Tartara tendens  
Pinus & innumeros nimbis durata per annos  
Stat cali non fracta minis: vel qualis Olympi  
Suffentator Athlas, quoties tonat igneus æther,  
Et pluuia ingenti ſitienteis irrigat Afros.  
Haud aliter magno preſſus ſue Gallicus Heros  
Securus Iouis ingreditur noctemq̄, minaci  
Suſpiciat obtutu, neq̄, enim cœlum vndiq̄, raptum  
Nocte videt, ſubit ante oculos Achrontis imago.  
Et Stygios putat è latebris inſurgere maneis.  
Nunc lea, nunc fallax oculo Panthera timendo  
Irruit, & varia certant illudere peſtes.  
Tales Latois ſtimulos, ea corda furenti  
Subijcit, atq̄, ſui nexus vlciſcitur apri.  
Tum pater à tergo, grandæuum fulmine quercum  
Percutit, horriſtico cadit ille impuſſus ab icſtu.  
Inſonuit tellus, ſyluaq̄, dedere fragorem

Quod vigor ille animi, quod vis infracta recessit  
Alcime? nempe iaces, nec Aper, nec gloria cordi est.  
Vincula captiuo interea Dictynna resoluit:  
Ille fugit trepidans, Dominæq; recedit in umbras.  
Ergo Deum contemtor humi iacet, ac super vrna  
Semianimi gelidos inuergit Aquarius imbreis.  
Carelus atque Itali vicina mapalia cursu  
Deuenere pari, curto casa fulta rigillo  
Ingratur, limoq; & canna obstructa palustri,  
Curantq; immisti pastoribus horrida corpora,  
Accensisq; altos desiccant ignibus imbreis.

Interea non tristis anus, nec victa senecta,  
Sed viridis, lauroq; caput velata seuerum,  
Hos inter medios vultu festinat amico.  
Textilis à dextra calathus dependet, at ingens  
Cantharus à leua, tum mense exponit vtrunque  
Faginea, atq; epulas depromit sedula agresteis,  
Lac niueum, & molleis vuas, & amygdala pura  
Threicia insanos testantis Phillydis igneis,  
Pomaq; castaneasq; nuces, baccasq; Mineruæ.  
Caseus adijcitur, non qui lunata coæquet  
Scuta, sed ingenti tenerum quem abrasit ab orbe,  
Et sale duratum hos seruauit pastor in vsus.  
Hæc inquit coluere olim Magalia diui,  
His nullo structore dapes gesere canistris,  
Hoc vsi, lati q; penu, ne tristis amicos  
Temne lares, opibusq; veni non asper egenis.  
Cuncta renidenti suscepit Carolus ore.  
Sis felix, sis hospes ait, non nostra cooptem  
Fercula, Regales pariunt fastidia mense.  
Confedere duces: solio discumbis acerno,  
Dilutoq; sitim restinguis Carole aceto.

India quid gemmas, quid Hiberia prouis aurum?  
Ne Texas Babylon vesteis, ne Dædala Memphis  
Serica multiplici depingas stamina filo.  
Sanguineæ hinc coeunt acies, hinc funera Mauors  
Excitat, & sædo incestat mortalia planctu,  
Hinc odia, hinc fastus, hinc Regibus imminet ensis.

Tuta dies, placida tecto sub paupere noctes.  
Hanc olim in terris egerunt numina vitam.  
Fraga dabant montana cibum, lapidosaq; corna,  
Aurea tum rebus fulsit concordibus at as.

Iuppiter interea detorquens lumina syluis,  
Savitum videt esse satis, quo flamina nutu  
Sistit, & horrificam pellit sub tartara noctem.  
Per sudum apparet distincta coloribus Iris,  
Formosumq; iubar terris ostendit Apollo.

Iandudum ex animis madida tellure iacebas  
Alcimus, atq; ingens, sylvaq; ferisq; cadaver.  
Sic quoq; terror erat, ceu per tot iugera fusus  
Immanis Tityos, illas cum forte per oras  
Vectus equis gelido nuper digressus ab Hamo,  
Ut Latium armiferos Belgas animaret in orbem.  
Mars luuenem miseratur, & excussa excitat hasta.  
Ut primum membris redijt vigor, a ira q; cessit  
Nox oculis, puduit fulmen timuisse trisulcum.  
Vda solo innitens membra erigit, atq; vbi pradam  
Explorans oculis vicina per omnia, nusquam  
Esse videt, sensu q; suos perijisse labores,  
De caelo tactam certet conuellere quercum,  
Quando aliter nequit aetherios vlciscier igneis,  
Ni iubeat comites Euphonas cedere sylua,  
Signa canens lituo, moneatq; refrigerare lina.  
Ergo illi sylua cedunt, & lina resigunt  
Iam solito grauiora, dein pars ordine longo  
Conuectant in equis pradam, pars esseda ducunt,  
Setigerosq; vehunt Apros, raucamq; luporum  
Congeriem, quos iam exarmarant dentibus albis  
Gnatorum collo infantum decora ampla daturi.  
Sape iubam at tollunt olfactu auersa, timentq;  
Vectores iumenta suos, & verberare nullo  
Precipitant, frustra palmas exercet vtrasque  
Victus equis auriga, & iam resupinus anhelat,  
Dum lentas retrò inuisus detorquet habenas.  
Praecipue exactos Boius Tentiva iugaleis  
Expavidum genus, & dura ceruice timend. no.

Iunxerat, & voce increpitans, stimulisq; regebat;  
 Inuectusq; rotis sylua, vicina secabat.  
 Ecce inspectus equos immani corpore terret  
 Vrsus, eunt ruptis Domino luctante quadrigis  
 Turbati, domitisq; volant per iniqua lupatis.  
 Haud alius celeres Ephyreia littora circum  
 Hippolyti furor egit equos, vbi corniger alto  
 Emergit Taurus, nigrosq; ad sidera fluctus  
 Eructauit hians, vastiq; cacuminis instar  
 Cognatam insurgens exterruit Amphitriten.  
 Riserunt proceres pauidum, & risere volanteis  
 Currus, & fractis radijs risere iacentem.  
 Nam quercu infelix in procurrente pependit,  
 Atque illa cedente oneri reuolutus arena.  
 Impliciti alipedes, durisq; molaribus axes  
 Obnixi crepuere, it vulsus ad aethera temo.

Rex properat, Regisq; vnà comitatus ad urbem:  
 Et iam roriferum stellis radiata caput nox  
 Oceano extulerat, celeriq; volumine lassos  
 Fouerat hesperio Titan sub fonte iugaleis,  
 Cum subeunt portas, hic nulla obtexitur vmbra  
 Lustratus passim incensis funalibus aër.  
 Atque oculis ea lux intrantum oblata repente est,  
 Offertur qualis tibi Dalmata, cum iuga linquis  
 Pendula, & obscuro pallens emergis hiatus  
 Visceribus terra fossis, auroq; reperto,  
 Atque exaudit is vicina manibus vrna.

HADRIA-



# HADRIANI CARDINALIS S. CHRYSOGONI AD ASCANIUM Cardinalem S. Viti vicecancellarium, venatio.

**E**la surgite, nunquid excitauit,  
Dudum raucifono Diana cornu?  
Actutum properate, iam parata est,  
Et secum Ascanius suus paratur.  
Venatoribus hac die est eundum,  
Qua Salaria prospicit lacunas  
Claras sulfure Tyburis superbi.

His dictis iuuenum ruunt manipuli  
De conclauibus omnibus frequentes.  
Hic venabula, cuspides ahenas,  
Aeratas, validasq; fert bipennes.  
Ille hastilia, ferreas secures,  
Cruda spicula Martis vniuersi.  
Deducunt alij canum phalanges.  
Latrantes abeunt simul molossi  
Mox indaginis vnica sagaces.  
Tollunt retia rara Muliones.

Procedit Dea prosequente magna  
Caterua, cblamydem recincta pictam  
Ventilantibus aureis capillis.  
Suras purpurei tegunt cothurni,  
Aurata ex humero sonat pharetra.  
Iungit Ascanius suas cohortes  
Solertissimus vnus inter omnes.  
Sublimes Libycis equis vehuntur.

Aurora interea torum relinquens  
Quadrigris roseis diem vehebat.  
Ventum est ad iuga, deuiosq; saltus,  
Conuallis quibus obsidetur ingens.

Præterlabitur hanc, secatq; riuus  
Rauco murmure, leuibus salebris,  
Limo sordidus, hinc & inde ripas,  
Multa tectus harundine, & palustri  
Iunco, nec procul albicat salictum  
Dextra, qua videt Herculis popellum,  
Cliui sylua latus tenet sinistri.  
Floret perpetuo, viretq; iuxta  
Vasta planicies feracis agri.

Vt signum Ascanius dedit, repente  
Sortiti iuuenes vices laborum,  
Seruat quisq; sui locum negoti.  
Hi vallant aditus, nemusq; cogunt.  
Hi per inuia lustra musitantes  
Vestigare feras docent catellos.  
Extendunt alij plagas dolosas.  
Disponunt alij feros molossos,  
Hic sub ilice, & ille sub vetusta  
Quercu sternitur: hunc tegit supinum  
Grauis iuniperi virentis vmbra.  
Densa sub platano & comis opaca,  
Qua de colle leui tumore surgit.  
Diua & Ascanius simul recumbunt,  
Omnes solliciti videre, quanam.  
Ex tanto veniat labore præda.

Ecce protinus horridus, feroxq;  
Aper spumeus ore, dente frendens,  
Voluens trux oculos modo huc, modo illuc,  
Dorso horrentibus, hispidisq; setis,

Callosa cute caute duriore,  
 Excitus canibus per antra fertur  
 Praeceptus vulnificis vring<sub>3</sub> rostris,  
 Stipatus grege mordicus petentum  
 Aures & latus omne lancinantum.  
 Accurrit Dea, nec globus sinebat  
 Quicquam prater apri videre rictum,  
 Deprompsit pharetra illico sagittam,  
 Lunaui<sub>3</sub> genu potenter arcum,  
 Et iacit. Volat illa qua videri  
 Rictus vix poterat, secansq<sub>3</sub> hiatus  
 Per praecordia labitur. Quis vnquam  
 Vati crederet? vltimos recessus  
 Cauda transibit, solumq<sub>3</sub> fixit.  
 Procumbit quadrupes humi volutus,  
 Tendens ilia, calcibusq<sub>3</sub> frustra  
 Alternis vacuas lacepsit auras,  
 Flumen sanguinis vndat ex baratro  
 Vastigutturis, hispidaq<sub>3</sub> cauda.  
 Dum spectant stupidi, feraq<sub>3</sub> magnos  
 Artus, grandia & aspera extimescunt  
 Ossa, & ingluuiem capax alui,  
 Umbrosi nemoris fugatus antro  
 Ceruus, Cassibus expeditus ingens  
 Celsis cornibus arduus ruebat.  
 Septus puluerea canum corona  
 Salu transilit vnico paludem,  
 Ripaq<sub>3</sub> vltiore adhuc veretur  
 Vertens arboream subinde frontem,  
 Dum certant properi canes natate  
 Summis naribus & restant hiantes.  
 Volans Ascanius leui veredo  
 Precatus Trivia perenne numen,  
 Inuadit iaculo, diuq<sub>3</sub> librans  
 Iecit eminus, haesit impeditum  
 Ferrum cornibus, ac sola reflexa  
 Nequicquam ante oculos pependit hasta.

Fremens Ascanius rapit rotatq<sub>3</sub>  
 Ensem fulmineum, absciditq<sub>3</sub> ab armis  
 Cum ceruice caput: micat per herbam  
 Hic corpus, caput hic, rubet cruore  
 Interfusa palus: ruunt repente  
 Venantes quae rula procacitate,  
 Strataq<sub>3</sub> obstupere mole cerui.  
 Ridens Delia quid stupetis inquit?  
 Noster Ascanius minora nescit.

Clamor interea tumultuantum  
 Circum retia vertit ora turba,  
 Captam terribilem Histricem fremebant,  
 Quae rostrum, atq<sub>3</sub> pedes plagis ligata  
 Spinis misilibus canes, virosq<sub>3</sub>  
 Arcebat procul, & fugabat omnes.  
 Venator sibi quisq<sub>3</sub> consulebat.  
 Multi sub clypeo arborum latebant,  
 Multos obijce texerat crepido.  
 Post carecta canes inane latrant.  
 Densant spicula mutua. & vicissim  
 Bellantum furit incruentus ardor.  
 Nam spina nequeunt ferire tectos,  
 Et tecti nequeunt feram ferire.  
 Tanta duricie cutis rigeat  
 Crebris misilibus petita, nullis  
 Interpuncta notis. Erat Sicamber  
 Forte in tam celebri sodalitate,  
 Audax praelia tanta qui cieret,  
 Libs cognomine, machina repertor  
 Miranda, horrida, minacis, atra:  
 Qualem, nec Steropes, nec ipse fertur  
 Parte Lemnius inferis cauernis  
 Informasse Ioui, nec vlla in orbe  
 Per tot secula cogitauit at as.  
 Nam truncum teretem, aeneum, cauumq<sub>3</sub>  
 Nitro, sulfure, puluere & saligni  
 Carbonis replet vsque ad umbilicum.

Includitq̄, pilam ex liquente plumbo,  
Superne, tenue oppido foramen  
Spirat: hinc iacit igneam fauillam.  
Histrix continuo forata sumat.  
Non sic fulminis impetus trifulci,  
Nec salarica sic rotata fertur,  
Sed nec sic Scythico sagitta neruo,  
Nec fundis Balearibus lapillus.

Mox tanto intonuit fragore caelum,  
Et tanto ingemuit tremore tellus,  
Ut quicquid caueis latebat vsquam,  
Ferarum omne genus, feri leones,  
Auriti lepores, lupi voraces,  
Et dama timidi, volatilesq̄,  
Cerui, & capreoli leues fugacesq̄,  
Apri setigeri, doliq̄, vulpes  
Insignes ruerent metu per agros.  
Vasta vt planicie nihil videres  
Vsquam praeterea: latent sub illis  
Arbusta omnia, & omnis herba prorfus.  
Canes interea modo has, modo illas  
Passim cadere, nec locus cadenti est.  
Denso in agmine stant, feruntq̄, morsus  
Immotæ, superambulant moloysi  
Strage incredibili vsque sauietes.

Sæuitum nimis est, Diana clamat,  
Quo tandem ruitis? redite in orbem  
Palantes, neq̄, enim expedit ferarum  
Omne funditus interire nomen  
Sat nostro Ascanio datum, nec vltira  
Modestissimus omnium rogaret.

Cornu personat aureo reducens.  
Triumphalia castra, mox recensent.  
Plenum sanguinis agmen, interemptum.  
Nec tot millia computare possunt.  
Implent effeda, conuehunt quadrigis.  
Pars gestant humeris, soloue raptant,

Hi sub ponderibus gemunt iniquis,  
Feruēt Mulio, corbulosq̄, feruēt.

Rus est non procul hinc penes sacellum  
Deserta Cereris loco remoto,  
Huc armenta, greges, canum labores,  
Et vastas nemorum ferunt ruinas.  
Hanc cuncti properant tenere metam,  
Hac tandem reduces simul quiescunt.  
Ruri subditus hortulus vt rebat,  
Qualis Corydum senem bearet,  
Et qualem Hesperides velint sorores.  
Hic inter violas Thymum, ligustrum,  
Narcissos, Hyacinthinosq̄, flores  
Fons scatens vitris aquis susurrat.  
Hunc pomaria tam beata cingunt,  
Ver vt perpetuum colant, & vsque  
Argutis auibis canora vernent.  
Regis Alcinoi fuisse credas.  
Patens area propter ima fontis.  
Labra tenditur, hanc tegunt corymbis  
Pallentes hederæ, & rosas achanti  
Flexo vimine textiles obumbrant,  
Lente lilia subligant genista.

Sub his floribus apparata mensa est,  
Instratusq̄, torus tapete picto,  
Et Semyramia manu figuris  
Distincto varijs, super tapetum  
Albet mappula delicatioris  
Villi, Barbaricis notata punctis.

De mensis Abacus nitens acernis  
Pandit vascula Mentoris vetusta,  
Priscorumq̄, toreumata aulicorum.

Aetate, & facie pares ministri,  
Nympharum Triuiae chorum amulantes,  
Expectant thalamo beatiore  
Diuam, & Ascanium labore fessos,  
Pars sacris adolet focis penates.

Et iam sol medium secabat axem  
Flammis omnipotentibus coruscans.  
Tandem numine prodeunt secundo.  
Felici omine, quicquid est ferarum  
Magno pontifici dicant Iulio.

Crines subtilibus rosis coronant  
Vnguentis Megalensibus madentes,  
Custodit soleas puer relictas.  
Sponda se mediam locat Diana  
Gemmis splendidulis decora virgo,  
Post, multo Ascanius coruscus ostro.  
Flexo poplite cernuus minister  
Dat summis digitis aquas odoras.  
Mox mantilia Nympha subministrat.

Apponunt alij nouas figuras  
Exstructa Cereris, Dryas catillum  
Fragrantem Ambrosia gerit Diana.  
Post hanc syderei ferunt ephēbi  
Lances ordine. Phasiana prima est.  
Stat Iunonis auis superba cauda.  
Phoenicopterus eminente lingua,  
Et crista Meleagrides rubenti,  
Et pluma niuei patent olores.  
Hinc albi iecur anseris tumebat.  
Hinc capo Cybeli dea dicatus.  
Perdices strue maxima ferebant,  
Et pulpa melioris Attagenes.  
At sturnos inopes, grues, palumbes,  
Cunctas cortis aues cocis relinquunt.  
Subuectant alij salariorum  
Quicquid ars potuit nouare lauti.  
At farcimina dant vetustiora,  
Turget lactea suminis papilla,  
Campano petasone gloriantur,  
Vestino quoque caseo intumescunt.  
Non lucanica, nontomacla desunt  
Fracto ventre suis solo exphalisco.

Non deest oxigarum, offula, minuta,  
Liba adorea, candida, g. pultes  
Conchis, Glandia, Spondili, Botelli,  
Nec mustacea lixula Sabina,  
Cerebella auium, salaxq. bulbus,  
Nec iecuscula iusculis odora.  
Nec desunt patina omnium nepotum.  
Exquiruntur & omnibus popinis  
Pulmentaria vesca, qua palatum  
Irritare saporibus putentur.  
Vincunt sercula cogitationem,  
Nec stilus meus explicet, nec vsquam  
Maiore in precio fuit culina.  
Nusquam prandia sumptuosiora.  
Triumphalia erant minora multo.  
Nemo pontificum dapes reponat,  
Aut caenis saliaribus laboret.

Ponunt mox alij maris rapinas,  
Mullos Adriaci salis colonos,  
Murenas Siculis aquis narantes.  
Latum amplissima fert patella rhombum,  
Baiana ostrea, murices, luposq.  
Auratas, Acipenserēs, Scarosq.  
Structoris manus erudita raptim  
Cultello dirimit, secatq. paruo.

Dum caenat, citharis comatulorum  
Et cantu vario, nouoq. plausu  
Valles vndiq. concavae resultant.

Et iam prima epulas quies tenebat.  
Cum cellarius eligit ministros  
Bacchi munera leta qui propinent.  
Hac est amphora nectaris beati,  
Qua Latonia sola proluatur.  
Trullam hanc Ascanio dedere Galli  
Spumantem Bromio Parisiorum,  
Misce his tu cyathis Drias salernum,  
Tu cape has pateras puer Caleni

Inger tu hos calices Optimiani,  
Vos Setina date his scyphis vetusta,  
At vos Cecuba fundite hoc Triente,  
Momentum dedit hac heri lagenam.  
At surrentum hodie cadum hunc picatum.  
Cupa hac conditur Adrianus humor.  
Pruernatia congio hoc Sagunti,  
Chium hoc vrceolo sapit rotundo.  
Bio hac seriola optimo redundat.  
Plena hac aurea desuto metreta est.  
Mulsam hac crinea dulcius recondit.

Tum bellaria largiora ponunt  
Mensa delicias Deum secunda,  
Electissima poma porriguntur.  
Inter que melimella principatum  
Malorum facile omnium obtinebant.  
Post petita parua, menliana,  
Tum spadonia, Gracula, Appiana  
Lanata, orbiculata Septiana.  
Dant pannucia serica & gemella.  
Ad hac Crustumij's piris abundant,  
Succi plena tument salerna cista,  
Et longo pede Dolobelliana  
Pompeiana placent fauore magni,  
Et testacea de colore testa.  
Dant voconia Laurea, & volema  
Ampullacea prominente collo.  
Nardina, & decumana grandiora.  
Hac tum nomina repperit vetustas,  
Nunc seclum insipiens nouis ineptit.  
Adduntur Cariorides mariscis,  
Et Cydonia coctanis recincta  
Et tuber Libycis madens pruinis,  
Nux amygdala, pinea, atq; iuglans,  
Laxant castanea suos echinos,  
Picenas quoq; porrigunt oliuas.  
Ollares etiam dabantur vae.

Ponunt frigore gratiora rapa.  
Plura his & meliora, quae silenter  
Redundantibus ingerit canistris  
Miris munditijs secunda mensa.

Exempta procul esuritione,  
Et mensis procul omnibus remotis,  
Sic est post epulum locuta virgo.

Ascani Ducis optimi propago,  
Ingens purpurei decus senatus,  
Vides ut iaceant in orbe cuncta,  
Quae mortalibus esse iam solebant  
Vita praesidium laboriosa,  
Et quibus tenebris operta virtus  
Passim calcibus improbis teratur.  
Quid primum querat, ordiarue primum?  
Cum superstitio deos putaret,  
Id quod quenque suus mouebat ardor  
Mundus artibus optimis scatebat.  
Postquam de Solymis Deus perustis  
Vera religionis imperator  
Nostra numina vana dissipauit,  
Et rotum pedibus subegit orbem,  
Apportans pereuntibus salutem,  
Ius, fas, veridicas tulitq; leges,  
Et mores docuit bonos, suoq;  
Culpas sanguine omnium expiauit,  
Ut clausum ad superos iter pateret,  
Fit mutatio numinum repente.  
Certatim properant, volantq; cuncti,  
Et cultus auidi novos adorant.  
Fassi vnum coluere. Sed quod ille  
Ferre omnes voluit, tulere pauci.  
Nec omnes capiunt, quod omnibus dat.  
Ut peruersa hominum, malignaq; est mens,  
Versa in segnicie[m] fides, & omnis  
In quaestum pietas. Simul secuta  
Miris illecebris placens voluptas.

31  
Nunquam delitia supiniore,  
Nunquam auaritia altior charybdis.  
Quando ita ambitio negociata est?  
Quando nequius, inquinatiúsve  
Peccatum? Patet ilias malorum  
Grandis, fons scelerum secatuientum.  
Vel gentes penitissimas reuísit.  
Quae vestro sine numine insolefcunt.  
Bacchanturq; magis monente nullo.  
Tu verò genus inclytum senator  
Flamen aetheriae Dialis aula,  
Quo res publica tota gloriatur,  
Cuius cardine sustinetur orbis,  
Ne mentis propria inquilinus erres,  
Ab omni popularitate debes  
Diuinos animi auocare motus.  
Nec plebecula quid misella latret:  
Sed quam sit fragilis, caduca, fluxa,  
Et quam lubrica vita cogitare,  
Causas discere & aestimare rerum,  
Quid nam gigneris, vnde, quò feraris.  
Spem longam refeces, vides in orbe  
Nihil perpetuo tenore verti.  
Si fortuna facit pecuniosum,  
Nil remordeat esse liberalem.  
Scis quantum deceat Potentiozem,  
Vt comi domus hospitalitate  
Ianuis bipatentibus fatiscat.  
Laus non vltima, displicere nulli,  
Praestare ingenuum, facillimumq;  
Verbis parcere contumeliosis  
Seruorum meminisse, qui fideles  
Aduersis fuerint, malisq; rebus.  
Nouit Ascanius, quid ipsa dicam.  
Nec casus memorabimus peractos.  
Quis fratrem sine quaestibus reuellat?  
Ducez Insubria quem tremebat audax?

Quis siccis poterit nepotem ocellis  
Regem Parthenopeium referre?  
Erumnas tibi quis peculiare  
Monendo renouet? Satis, superq;  
Deplorauimus ista, dum ruebant.  
Et nunc sis quibus erutus ruinis,  
Et qui sis modo redditus memento.  
Nec tam perdita, quam reperta cures,  
Perfer quali acunquē, non pigabit  
Tot pericula ferre, tot tulisse.  
Possem pluribus admonere, & vltra  
Quae pena mancant malos docere,  
Et quae pramia debeantur illis,  
Qui non corporeo obliti sepulchro  
Perstringunt animi igneum vigorem,  
Nec terra infodiunt datum talentum,  
Ne tibi ista domielegantiora  
Nascerentur, & vnicus deorum  
Vestris natibus omnia explicasset.


Ad haec Ascanius refert. Diana  
Sylvarum & nemorum patrona virgo,  
Seu Proserpina noctibus relucens,  
Seu Lucina, Hecate, vel alma Iuno,  
Dictynna, aut Triuia expetis vocari,  
Te quae unquē meum leuas laborem,  
Semper peccatore conditam tenebo.

Vesper interea exiens Olympo  
Nocturnis comitantibus tenebris,  
Mergensq; Oceano caput ruebat.  
Iamq; in faucibus atrij ministri  
Paena ad litui sonum canentes  
Expectant in equis heros ituros.

Lucum Delia fertur in propinquum,  
Dense Oreades hinc & hinc sequuntur.  
Stipant Ascanium sua cohortes,  
Ardentes animis redire in urbem.


FINIS.





Autor,

*Aspice vt omne genus pecudum hac sub sede quiescit,  
Simia, Dama, Lepus, Cercopithecus, Aper.  
Et Lupus, & vulpes, Ceruusq;, Cuniculus, Vrsus,  
Non quia natura, sed quoniam artis opus.*



Ein Thier Garten.

Füchs/ Bären/ Wölff/ vnd wilde Schwein/  
Auch Vögel/ Hirsch vnd Königlein.  
Schier alle Gembs vnd wilde Katzen/  
Sindt man hie feil vmb wenig Paken.

A

Autor,

1011

Apprentice...  
2...  
E...  
H...



Carl von...  
...

...

1011 A

Autor,

*Dum lūpus immeriti lauit ora cruore caballi,  
Exploratori prada fit ipse suo.  
Sic pereant quotquot miseris crudeliter instant,  
Sintq̄ arumnosi, hac lucra magisterij.*



### Ein Wolffs Spur.

Der Wolff der ist ein geizig frasz/  
Man fengt in auff sein eigen Nasz.  
Wer also schindt die arme Leut/  
Der wirdt zu lezt des Teuffels Beut.

1854

Faint, illegible text at the top of the page, possibly bleed-through from the reverse side.



Faint, illegible text in the lower middle section of the page.


Multiple lines of faint, illegible text in the lower right section of the page.

Faint, illegible text at the bottom left of the page.

# Falconum Tyrocinium.

## Magister falconum.

*Accipiterq̄, rapax, & Falco simillimus illi  
Artibus instruitur plumea turba meis.  
Edoctus leporem poterit retinere fugacem,  
Et magna in miseram strage feratur aues.*



Wie man soll die Falcken be-  
richten.

Ein Falckenierer bin ich güt/  
Weil mir der Falck gehorchen thut.  
Er ist gehergt vnd wol gemut.  
Scheuwt sich für keinem Streit noch Blus

Falconer, Thomas

Magister Falconer

Magister Falconer, Thomas  
Magister Falconer, Thomas  
Magister Falconer, Thomas  
Magister Falconer, Thomas



Die man soll die Geschichte  
sehen

Die man soll die Geschichte  
sehen  
Die man soll die Geschichte  
sehen

Vt Capreae & Damæ deiciuntur.  
Autor.


*Dum timida fugiunt super alta cacumina Dama.  
Et perit aërum capta petulca iugum.  
Præcipites grauiore ruunt de vertice lapsu,  
Tutaq; sunt illis ima nec alta satis.*



Wie man Sembsen vnd Steinböck  
soll fangen.

Steinböck auff hohen Bergen sind/  
Mit springen/ klattern gar geschwind/  
Den selben pflegt man nach zu steigen/  
Bis man sie auch bringe an den Reichen.







Auium rapacium venatus.

Autor.

Cum Leporem irruerit retinacibus vnguibus, acer  
Falco, neci & catulo tradere lusus erit.  
Si verò imbelles volucres sectabitur, vltro  
Has ad consuetas pertrahet ipse manus.




Wie man sol die Falcken oder Sperber an die  
Hasen werffen.

Einm Hasen in dem weiten Felt  
Der Falck mit seinen Klauwen heft.  
Necht muß man ihn abrichten lan/  
All Vögel er bestreiten kan.

Animum sapientiam veniens.


Autor.


Compendium istiusmodi tractationum  
republicarum & civitatum  
si quis impeditur a legibus  
non ad legem avertat sed in eam.



Die 10. Julii 1717. In  
Bibliotheca Universitatis

In Bibliotheca Universitatis  
die 10. Julii 1717.  
In Bibliotheca Universitatis  
die 10. Julii 1717.





Vt Taxi protrahuntur.  
Taxus.


*Eruor ex imis Melū nitidissima lustris,  
Imbelli toties dente petita canis.  
Qua mihi vab nimium pinguedine lata placebam  
Hac facta est nimium pernitiosa mihi.*



Wie man den Dachsen sol nachstellen  
vnd fangen.

Ein Dachs der hat ein solche art  
Leit stets begraben/ist fett vnd zart  
Vnd bleib sich auff/vnd machte sich glatt/  
Dass im kein Biß vom Hundt nicht schade.











Vt genio & venatui indulgent He-  
roes.


*Pars operum exacta est: plenis age pocula labris  
Et medio appositas ser puer orbe dapes.  
Dum nemus vmbri ferum, dum siondea sylua, voluptas  
Nostra sit, in viridi luxuriare toro.*




Ein Fürstlich Jägerisch Pancket/  
im Walde.

Fressen/sauffen/Pancketiren/  
Deß Nachts schönen Jungfrauen hofiren.  
Ist auch ein Weitwerck wer es kan/  
Doch bleibt es selten lang bestan.







Apri quomodo excipiuntur.  
Venator.

Hoc ego predator transfixa cuspide monstrum  
Transadigo, hac belli sunt simulacra mei.  
Dentibus infrendens, & anhelos spumeus ore  
Hac dextra occubuit victus & ictus Aper.



Wie man wilde Schwein  
jagt.

Also muß man das wilde Schwein fangen  
Und mit dem Schweinspieß recht erlangen.  
Wenn dann gebraten wirdt das Schwein  
Gehört darzu ein guter Wein.



Vt Cuniculi capi solent.

Autor.

Doctus in effosis latitare cuniculus antrū,  
Lasciuo capitur dum vagus errat agro.  
Hinc sapiens dixit: latuit bene, qui bene vixit.  
Parua solet magnis rebus inesse fides.



Wie man die Königin  
fengt.

Wenn du siehest hie auff dieß Figur/  
So habe acht/ vnd mercke nur/  
Daß die forchsame Königin  
Auff solche art zu fangen seyn.

VI. Classificat. 101

101

Die in dieser Bibliothek befindlichen  
Bücher sind Eigentum der  
Königlichen Bibliothek zu Bonn  
und dürfen nicht ohne  
Genehmigung der  
Bibliotheksdirektion  
ausgeliehen werden.



Die in dieser Bibliothek

findlichen

Bücher sind Eigentum der

Königlichen Bibliothek zu Bonn

und dürfen nicht ohne

Genehmigung der

101

2

Aucupium quod & retibus & auibus fit rapacibus,  
Auiceps.

Arte mihi varia capitur genus omne volucrum,  
Illos accipiter hos mihi lina trahunt.  
Fistula dulce canit vacuo dum libera cælo,  
Fertur auis fati non bene docta sui.



Wie man allerley Vögel mit Sperbern vnd  
Barn fangen soll.

Ein Vögeler gar lieblich singt/  
Bis er den Vogel vmb's leben bringet.  
Er pfeiffet in süß/vnd machet ihn trum/  
Balde trähet er ihn den Hals herum.

Allegory of the Dutch Republic

Allegory

Allegory of the Dutch Republic  
The figure of Liberty  
The figure of Justice  
The figure of Wisdom  
The figure of Moderation




Allegory of the Dutch Republic

Allegory


Allegory of the Dutch Republic  
The figure of Liberty  
The figure of Justice  
The figure of Wisdom  
The figure of Moderation


1717

1717









Vt Catuli ad venandum instituuntur.

Cato,

Quod genus est magnos capiat, magnisq; superstit

Moribus: hoc ratio & cura magistra docet:

Cura facit dociles Martiq; artiq; sequaces.

Nam bene consultos conuenit esse canes.



Wie man junge Hundt sol zum geiäget  
anföhren.

Die Hundt die man anföhret zum jagen  
Solln wacker seyn ohn forcht vnd jagen/  
Wern abgericht mit allein fleiß/  
Mit besonderm tranck/ vnd eigener speiß.

V. Catalogue des manuscrits

Les manuscrits de la bibliothèque  
de la ville de Paris  
ont été classés par ordre  
de leur date d'acquisition  
et de leur importance.



Les manuscrits de la bibliothèque  
de la ville de Paris

ont été classés par ordre  
de leur date d'acquisition  
et de leur importance.

1795

3

Vt Cerui venabilis excipiuntur.  
Ceruus.

Aeripede m<sup>3</sup> fugam, ramosa q<sup>3</sup>, tempora spargens  
Corripui spacio fata viam q<sup>3</sup> breui.  
Vertice quod fruticat pondus, neq<sup>3</sup>, qui mihi stat pes,  
Latronis morsus prateriere trucidis.



Wie man die Hirsch fan-  
'gen soll.

Ein Hirschlein schnell/aleich wie der Windt/  
Han diese Hundt erreicht geschwindt.  
Dem Hirschlein/dem ich nach thu'stellens/  
Dasselbig muß kein Hundt anbellens.

Vt Canes

V. C. ...

...

...




...

...

...

Vt canes ad venationem ducuntur.  
Venator,

*Dum noua nocturnos vestigia sparsa per agros,  
Venamur, dum ros, dum quoque mane nouum.  
Imus in arboreas frondes, salusq; remotos,  
Omnis & hac acies tendit odora canum.*



Wie man auff's Bejägt mit den Hun-  
den zeugt.

Dahin wol in den grünen Wale/  
Leit ich die Hunde/das hell erschalt.  
Das erst Wildt das auffstossen thut/  
Muß lassen hie sein Leib vnd Blut.

Vicarius ad vocationem ducuntur

Venerabilis

Demons...  
In...  
Omnia...



Die man...  
...

...

# Piscandi ratio.

Admonuitq; sui. vitulus sic namq; minaci  
Qui nondū gerit in tenera iam cornua fronte,  
Sic damæ fugiunt, pugnant virtute leones,  
Et morfu canis, & caudæ sic scorpium ictu:

Concususq; leuis pinnis sic euolat ales.

Omnibus ignota mortis timor, omnibus hostem

Perfidiumq; datum sentire, & noscere celi

Vimq; modumque sui, sic & Scarus arte sub vndis

S in

Decidit, assumptamque dolo tandem pavet escam:

Non audet radijs obnixa occurrere fronte,

Auersus crebro veniens sub verbera caudæ,

Laxans subsequitur, tutumq; euadit in æquor.

Quinetiam si forte aliquis dampus nataret

Mittis luctantem scarus hunc in vimine vidit

Auersi caudam morfu tenet atq;

nato quem texitq; resultet

Sæpia tarda fuga, tenui cum sorte sub vnda

Deprensæ est, iamiamq; manus timet illa rapacis,

Inficiens æquor nigrum vomit illa cruorem,

Auertitq; vices, oculos frustrata sequentes.

Clausus rete lupus quamuis immanis & acer

Dimotis caudæ submissus sedet armis in austris

Emicat, atque dolos saltu diludit inultus.

Et murena ferox teretis sibi conscia tergi,

Ad laxata magis conuersa foramina retis,

Tandem permultos euadit lubrica flexus,

Exemploque nocet, cunctis interuenit vna.

At contra scopulis crinali corpore segnis

Polypus hæret, & hac eludit retia fraude,

Et sub lege loci sumit mutatque colorem,

Semper ei similis quem contigit, atque vbi prædam

Pendentem retis avidus rapit, hic quoque fallit

Elato calamo, cum demum emersus in aëras

B rachia dissoluit, populatumq<sup>3</sup> expuit hamum.  
 A t mugil cauda pendentem euerberat escam,  
 E xcussamq<sup>3</sup> legit, lupus acri concitus ira,  
 D iscurfu fertur vario, fluctusq<sup>3</sup> ferentes  
 P rosequitur, quassatq<sup>3</sup> caput, dum vulnere seuus  
 L axato cadat hamus, & ora patientia linquat  
 N ec proprias vires nescit murena nocendi :  
 A uxilioq<sup>3</sup> sibi, morsu nec eo minus acri  
 D escit, aut animos ponit captiua minaceis.  
 A nthias his tergo, quæ non videt, vtitur armis  
 V im spina nouitq<sup>3</sup> sua, versog<sup>3</sup> supinus  
 C orpore lina secat, fixumq<sup>3</sup> intercipit hamum.  
 C atera quæ densas habitant animalia syluas,  
 A ut vani quatiunt semper lymphata timores,  
 A ut trahit in præceps non sana ferocia mentis.  
 I psa sequi natura mouet, vel cominus ire.  
 I mpiger & telo venantum sternere pergit  
 A gmina, & aduersis infert sua pectora telis.  
 Q uoq<sup>3</sup> venit, fidens magis, & sublatis ardet,  
 C oncusit toros, & viribus addidit iram :  
 P rodidit, atq<sup>3</sup> suo properat sibi robore latum.  
 F ædus lucanis, prouoluitur vrsus ab antris,  
 Q uid nisi pondus iners, stolidaq<sup>3</sup> ferocia mentis ?  
 A ctus aper setis iram denuntiat hirtis :  
 E t ruit oppositi nitens in vulnere ferri,  
 P ressus & emisso moritur per viscera telo.  
 A ltera pars fidens pedibus, dat terga sequenti,  
 V t pauidi lepores, vt fuluo tergore dama  
 E t capto fugiens ceruus sine fine timore.  
 I psa sequi natura docet, vel cominus ire.  
 H ic generosus honos, & gloria maior equorum,  
 N am capiunt animis palmam, gaudentq<sup>3</sup> triumpho,  
 S eu septem spatijs circo meruere coronam,  
 N ònne vides victor quanto sublimius altum  
 A ttollat caput, & vulgo se venditet aura ?  
 C elsave cum caso decoratur terga leone  
 Q uàm tumidus, quantoq<sup>3</sup> venit spectabilis actu  
 C ompescitq<sup>3</sup> solum generoso concita pulsu

Vngula sub spoliis grauiter redeuntis opimis  
 Qua laus prima canum, quibus est audacia praeceps;  
 Venandiq; sagax virius, viresq; sequendi.  
 Quae nunc elatis rimantur naribus auras,  
 Et tunc demisso quarunt vestigia rostro  
 Et produnt clamore feram: dominumq; vocando,  
 Increpitant, quem si collatis effugit armis:  
 Insequitur tumulosq; canis, camposq; per omnes.  
 Noster in arte labor positus, spes omnis in illa.  
 Nec tamen in medias pelagi te pergere sedes  
 Admoneam, vastiq; maris tentare profundum.  
 Inter vrung; loci melius moderabere finem.  
 Asperanum saxis loca sint: nam talia lentos  
 Deposcunt calamos at purum retia littus.  
 Num mons horrentes demittat celsior vmbrae  
 In mare: nam varie quidam fugiuntq; petuntq;  
 Num vada subnatis imo viridentur ab herbis  
 Oblectetq; moras, & molli seruiat alga.  
 Descripsit sedes varias natura profundi:  
 Nec cunctos vna voluit consistere pisces.  
 Nam gaudent pelago, quales Scombriq; Bouesq;  
 Hippuri celeres, & nigro tergoe Milui,  
 Et pretiosus Helops nostris incognitus vndis.  
 Ac durus Xiphium, ictu non mirior ensis,  
 Et pauidi magno fugientes agmine Tunni.  
 Parua echenis adst, mirum, mora puppius ingens:  
 Tuq; comes ratum, tractiq; per aquora sulci  
 Qui semper spumas sequeris pompile nitentes,  
 Ceryrosq; ferox scopulorum sine moratus,  
 Cantharus ingratus succo, tum concolor illi  
 Orophas, caeruleaq; rubens Erythinus in vnda,  
 Insignis Sargusq; notis, insignis & alis,  
 Et super aurata Sparulus ceruice resurgens,  
 Et rutilus pagur, & fului Synodontes, & ex se  
 Concipiens Channe gemino fraudata parente.  
 Tum viridis squamis paruo saxatilis ore,  
 Et rarus faber, & picta Mormyres, & auri  
 Chrysophys imitata decus, tum corporis vmbrae

L uentis rapidiq<sup>3</sup>, lupi, Percaq<sup>3</sup>, Tragiq<sup>3</sup>,  
 Q uin laude insignis cauda Melanurus, & ardens  
 A urat is murena notis, Merulaq<sup>3</sup>, virentes,  
 I nmit isq<sup>3</sup>, sua conger per vulnera gentis,  
 E t capit u duro nociturus scorpis icta,  
 A c nunquam aestiuo conspectus sydere Glaucus.  
 A t contra herbosa pisces laxantur harena,  
 V t Scarus, epastas solus qui ruminat escas.  
 F œcundumq<sup>3</sup>, genus Menarelamirosq<sup>3</sup>, smariq<sup>3</sup>,  
 A tq<sup>3</sup>, immunda Chromis, merito vilissima salpa  
 A tq<sup>3</sup>, auisum dulces nidos imitata sub vndis  
 E t squalus tenui suffusus sanguine nullus  
 F ulgentes solæ candore & concolor illis  
 P asser, & adriaco mirandus littore Rhombus,  
 T unc epodes lati, tum molles tergore rana.  
 E xtremi pas.  
 L ubricus & spina nocuus non gouius vlla,  
 E t nigrum uiueo portans in corpore virus,  
 L olligo, duriq<sup>3</sup>, sues, sinuosaq<sup>3</sup>, cess.  
 E t tam deformi non dignus nomine asellus,  
 T uq<sup>3</sup>, peregrinis Accipenser nobilis vndis.

M. AVRELII OLYMPII NE-  
 MESIANI, POETAE CARTHA-  
 ginienfis, Cyneticôn liber.

V Enandicano mille vias. bilaresq<sup>3</sup>, labores,  
 D iskursusq<sup>3</sup>, citos, securi prælia ruris,  
 P andimus Aonio iam nunc mihi pectus ab æstro  
 A estuat. Ingentes Helicon iubet ire per agros.  
 C astaliusq<sup>3</sup>, mihi noua pocula fontis alumno  
 I ngerit, & latè campos metatur apertos:  
 I mponitq<sup>3</sup>, iugum vati, retinetq<sup>3</sup>, corymbis  
 I mplicitum, ducitq<sup>3</sup>, per auia, qua sola nunquam  
 T rita rotis, iuuat aurato procedere curru,  
 E t parere Deo: virides en ire per herbas  
 I mperat: intacto premimus vestigia musco,  
 O bvia Calliope facies insistere prato

C omplacito, rudibus qua luceat orbita sulcis.  
 N am quis non Nioben numeroſo funere mœſtam  
 I am cecinit? quis non Semelen ignemq̄ iugalem  
 L etalemq̄, ſimul nonit de pellicis aſtu?  
 Q uis magno recreata tacet cunabula Baccho?  
 V t pater omnipotens maternos reddere menſes  
 D ignatus, iuſti complevit tempora partus?  
 S unt qui ſacrilego rorantes ſanguine thyrſos  
 (N ota nimis) dixiſſe velint, qui vincula Dirces,  
 P iſeiq̄, tori legem Danaïq̄, cruentum  
 I mperium, ſponſasq̄, truces ſub ſœdere primo.  
 E t quamvis curſus ſe oſtendat tramite noto  
 D ulcia funereis mutant gaudia rædis.  
 B iblidos indictum nulliſcelus impia myrrha  
 C onnubia & ſeuo violatum crimine patrem  
 N ouimus: vtq̄, Arabum fugiens cùm carperet arua,  
 I uit in arboreas frondes, animamq̄, virentem.  
 S unt qui ſquamoſi referant fera ſibila Cadmi,  
 S tellatumq̄, oculis cuſtodem virginis Iûs,  
 H erculeoſq̄, velint ſemper numerare labores,  
 M iratumq̄, rudes ſe tollere Therea pinnas  
 P oſt epulas Philomela tuas. ſunt ardua mundi  
 Q ui malè tentantem curru Phaëtonta loquantur,  
 E xtinctasq̄, canant è miſſo fulmine flammas,  
 F umantemq̄, Padum, cycnum, plumamq̄, ſenilem,  
 E t ſlentes ſemper germani funere ſyluas.  
 T antalidum caſus, & ſparſas ſanguine menſas,  
 C ondentemq̄, caput viſis Titana Mycanis,  
 H orrendasq̄, vices generis dixere prioris.  
 C olchidos irata ſacris imbuta venenis  
 M unera non canimus, pulchraq̄, ingen'ia Glauces.  
 N on crimen Niſi, non ſæua pocula Circes  
 N ec nocturna pie ſurantem buſta ſororem.  
 H æc iam magnorum præcepit copia vatum:  
 O mnis & antiqui vulgata eſt fabula ſecti.  
 N os ſaltus, viridesq̄, plagas, camposq̄, patentem  
 S crutamur, totisq̄, citi diſcurrimus aruis:  
 E t varias cupimus ſacili cane ſumere prædas,

Nostimidos lepores, imbelles figere damas,  
 Audacesq; lupos, vulpem captare dolosam  
 Gaudemus. nos flumineas errare per umbras  
 Malumus & placidis Icneumona querere ripis  
 Inter arundineas segetes. selemq; minacem  
 Arboris in trunco longis praefigere telis  
 Implicitumq; sinu spinosi corporis Erem  
 Ferre domum: taliq; placet dare linthea cura:  
 Dum non magna ratus vicinis sueta moueri  
 Litoribus, tutosq; sinus percurrere remis,  
 Nunc primum dat vela notis, portusq; fideles  
 Linqvit, & hadriacas audet tentare procellas.  
 Mox vestros meliore lyra memorare triumphos  
 Accingar, diui fortissima pignora Cari,  
 Atque canam nostrum geminis sub finibus orbis  
 Littus, & edomitas fraterno numine gentes  
 Quae Rhenum Tygrimq; bibunt, Ararisq; remotum  
 Principium, Niliq; bibunt ab origine fontem.  
 Nec taceam primum quae nuper bella sub arcto  
 Felici Carine manu confeceris, ipso  
 Pene prior genitore Deo: utq; intima frater  
 Persidos, & veteres Babylonos ceperit arces,  
 Vltus Romulei violata cacumina regni.  
 Imbellemq; fugam referam, clausasq; pharetras  
 Parthorum, laxosq; arcus, & spicula nulla.  
 Haec nobis nostra libabunt carmina Musa,  
 Cum primum vultus sacros, bona numina terrae,  
 Contigerit vidisse mihi iam gaudia nota  
 Temporis impatiens sensus, spretoq; morarum  
 Prasumit: videorq; mihi iam cernere fratrum  
 Augustos habitus, Romam, clarumq; senatum  
 Et fidos ad bella duces, & milite multo  
 Agmina, quis fortes animat deuotio mentes.  
 Aurea purpureo longe radiantia velo  
 Signa micant, sinuatq; truces leuis aura dracones.  
 Tu modo quae saltus placidos, sylvasq; pererras  
 Latona Phoebe magnum decus, eia age suetos  
 Sume habitus, arcumq; manu: pictamq; pharetram

S uspende ex humeris: sint, aurea tela, sagittæ:  
 C andida puniceis aptentur crura cothurnis,  
 S it chlamys aurato multum sub tegmine lusa,  
 C orrugescq; sinus gemmatis baltheus arctet  
 N exibus: implicitos cohibe diademate crines.  
 T ecum Naiades faciles, viridiq; iuuenta  
 P ubentes Dryades, nymphæq; vnde amnis humor  
 A dsint & docilis decantet orcadæ Echo.  
 D uc age diua tuum frondosa per auia vatem.  
 T e sequimur: tu pande domos, & lustra ferarum  
 H inc igitur mecum quisquis percussus amore  
 V enandi, damnas lites, auidosq; tumultus,  
 C iuileisq; fugis strepitus, belliq; fragores,  
 N ec pradas auido sectaris gurgite ponti.  
 P rincipio tibi cura canum non segnus ab anno  
 I ncipiat primo, cum sanus temporis author  
 P andit in occiduum bisseis mensibus æuum.  
 E lige tunc cursu facilem, facilemq; recursu  
 S eu Lacedæmonie natam, seu rure molosso  
 N on humili de gente canem, sit cruribus altis,  
 S it rigidis, multamq; gerat sub pectore lato  
 C ostarum sub sine decenter prona carinam,  
 Q ua sensim rursus sicca se colligat aluo,  
 R enibus ampla satis validis, diductaq; coxas,  
 C uiq; nimis molles fluitent in cursibus aures.  
 H uic parilem submitte marem, sic omnia magnum.  
 D um superant vires, dum leto flore iuuentus,  
 C orporis & venis primaui sanguis abundat.  
 N anque graues morbi subeunt, segnusq; senectus:  
 I nualidamq; dabunt non firmo robore prolem.  
 S ed diuersa magis fœturæ conuenit atas.  
 T ubis vicens plenum iam mensibus acrem  
 I n venerem permitte marem, sit fœmina, binos  
 Q ua tulerit soles, hæc optima cura iugandis.  
 S ed non spartanos tantum, tantumve molossos  
 P ascendum catulos diuisa Britannia mittit  
 V eloces, nostriq; orbis venatibus aptos.  
 N ec tibi Pannonicæ stirpis temnatur origo,

Nec quorum proles de sanguine manat hiberō.  
 Quin etiam sicca Lybies in finibus acres  
 Gignuntur catuli, quorum non spreueris vsus  
 Mox cum se bina formarit lampade Phœbe,  
 Ex quo passa marem genit alia viscera turgent,  
 Fœcundos aperit partus matura grauedo  
 Continuo, largaq; vides strepere omnia prole.  
 Sed quamuis avidus primos contemnere partus  
 Malueris, mox non omnes nutrire minores.  
 Nam tibi si placitum populosos pascere fœtus  
 Iam macie tenues, succiq; videbis inanes,  
 Pugnantesq; diu quis nam prior vbera lambat  
 Distrahere inualidam lassato viscere matrem.  
 Sin vere hæc cura est, melior ne fortè necetur,  
 Abdatúr ve domo, catulosq; probare voluntas,  
 Quis nondum gressus stabiles, neque lumina passa  
 Luciferum videre iubar, qua prodidit vsus  
 Percipe, & intrepidus spectatis adnue dictis.  
 Pondere nam catuli poteris perpendere vires,  
 Corporibusq; leues grauibus pranoscere cursu.  
 Quin & flammato ducatur linea longe  
 Circuitu, signetq; habilem vapor igneus orbem.  
 Impune in medio possis consistere circo.  
 Huc omnes catuli, huc indiscreta feratur  
 Turba, dabit mater partus examine honestos  
 Iudicio natos seruans, trepidosq; periclo.  
 Nam postquam conclusa videt sua germina flammis,  
 Continuo saltu transcendens feruida Zona  
 Vincula, rapit rictu primum, portatq; cubili,  
 Mox alium, mox deinde alium, sic conscia mater  
 Segregat egregiam sobolem virtutis amore.  
 Hos igitur genitrice simul, iam vere sereno,  
 Mollipasce sero passim, nam lactis abundans  
 Tempus adest, albent plenis & ouilia mulctris.  
 Interdumq; cibo cererem cum lacte ministra.  
 Fortibus vt succis teneras complere medullas  
 Possint, & validas iam tunc promittere vires.  
 Sed postquam Phœbus candentem seruidus axem

C ontigerit.

C ontigerit. tardasq; vias. cancriq; morantis  
 S idus in it, tunc consuetam minuisse saginam  
 P rofuerit, tenuesq; magis retinere cibatus.  
 N ec grauis articulos deprauet pondere molles.  
 N am cum membrorum nexus, nodosq; relaxant,  
 I nfirmosq; pedes. & crura natantia ponunt,  
 T unc etiam niueis armantur dentibus ora.  
 S ed neq; conclusos teneas, neq; vincula collo  
 I mpatiens circundederis. noceasq; futuris  
 C ursibus imprudens. catulis nam saepe remotis,  
 A ut vexare trabes, laceras aut pandere valuas  
 M ens erit, & teneros torquent conatibus artus,  
 O btundunt ve nouos adroso robore dentes,  
 A ut teneros duris impingunt postibus vngues  
 M ox cum iam validis infistere cruribus atas  
 P assa quater binos voluens ab origine menses,  
 I nlesis catulos spectaueris vndique membris,  
 T unc rursus miscere sero cerealia dona  
 C onueniet: fortcmq; dari de frugibus escam.  
 L iberatunc primum consuescant colla ligari,  
 C oncordes & ferre gradus, clausiq; teneri.  
 I am cum bis denos Phœbe reparauerat ortus,  
 I ncipe non longo catulos producere cursu,  
 S ed parua vallis spatio, septove nouali.  
 H is leporem pramitte manu, non viribus a quis,  
 N ec cursus virtute parem, sed tarda trahentem  
 M embra, queant iam nunc faciles vt sumere preedas.  
 N ec semel indulge catulis moderamine cursus,  
 S ed donec validos etiam praeuertere fuescant,  
 E xer. eto diu, venandi munere cogens  
 D iscere, & emerit a laudem virtutis amare.  
 N ec non consuetam norint hortamina vocis,  
 S eu cursus reuocent, iubeant seu tendere cursus.  
 Q uinetiam docti victam contingere preadam,  
 E xanimare velint tantum, non carpere sumptam.  
 S ic tibi veloces catulos reparare memento  
 S emper, & in paruos iterum protendere curas.  
 N am tristis morbi scabies, & sordida venis

Sape venit, multamq; canes discrimine nullo  
Dant stragem. Tu sollicitos impende labores,  
Et sortire gregem suffecta prole quotannis,  
Quin acidos Bacchi latices tritonide oliua  
Admiscere decet: catulosq; canesq; maritas  
Vngere profuerit, tepidoq; ostendere soli,  
Auribus & tineas candenti pellere cultro.  
Est etiam canibus rabies, letale periculum,  
Quod seu caelesti corrupto sydere manat,  
Cum segnes radios tristi iaculatur ab aethra  
Phaebus, & attonito pallens caput exerit orbe:  
Seu magis ignicomi candentia terga leonis  
Cum quatit, hoc canibus blandis inuiserat estus,  
Exhalat seu terra finis, seu noxius aer  
Causa mali. seu cum gelidus non sufficit humor,  
Torrida per venas concreverunt semina flamma  
Quicquid id est, imas agit at sub corde medullas,  
Inq; feros rictus nigro spumante veneno  
Profilit, insanos cogens insigere morsus.  
Disce igitur potus medicos, curamq; salubrem.  
Tunc virosa tibi sumes, multumq; domabis  
Castorea. ad tritu silicis lentescere cogens.  
Ex ebore huc trito puluis, sectove feratur,  
Admiscensq; diu facies concreescere vtrunque:  
Mox lactis liquidos sensim superadde fluores,  
Vt non cunctantes haustus infundere cornu  
Inserto possis furiasq; repellere tristes,  
Atque iterum blandas canibus componere mentes.  
Quin & Thuscorum non est extrema voluptas  
Sape canum, est forma illis licet obsita villosa,  
Dissimilesq; habeant catulis velocibus artus:  
Haud tamen iniucunda dabunt tibi munera praeda,  
Nanque & odorato noscunt vestigia prato,  
Atque etiam leporum secreta cubilia monstrant.  
Horum animos, moresq; simul, naresq; sagaces  
Mox referam: nunc omnis adhuc narranda suppellex  
Venandi, cultusq; mihi dicendus equorum.

C ornipedes igitur lectos det Gracia nobis,  
 C appadocumq; notas referat generosa propago  
 A rmata & palmas nuper grex omnis auorum.  
 I llis ampla satis laui sunt æquora dorso,  
 I n modicumq; latus, paruaq; ingentibus alui,  
 A rdua frons, aurisq; agilis, capitiq; decoro  
 A ltus honos, oculiq; vago splendore micantes:  
 P lurima se validos ceruix resupinat in armos:  
 F umant humentes calida de nare vapores:  
 N ec pes officium standi tenet, vngula terram  
 C rebra ferit, virtusq; artus animosa fatigat.  
 Q uinetiam gens ampla iacet trans ardua calpes  
 C ulmina, cornipedum late fecunda proborum.  
 N anque valent longos pratis intendere cursus:  
 N ec minor est illis, Graio quam in corpore, forma.  
 N ecnon terribiles spirabile numen anhele  
 P rouoluunt flatu, & lumina viuida torquent,  
 H innitusq; cient tremuli, frenisq; repugnant.  
 N ec segnes mulcent aures, nec crure quiescunt.  
 S it tibi præterea sonipes, Maurusia tellus  
 Q uem mittit, modo si gentili sanguine firmus,  
 Q uemq; coloratus Mazax deserta per arua  
 P auit, & assiduos docuit tolerare labores.  
 N ec pigeat quod turpe caput, deformis & aluus  
 E st ollus, quodq; infrenes, quod liber vterq;  
 Q uodq; iubis pronos ceruix diuerberet armos.  
 N am flecti facili, lasciuq; colla sequutus  
 P aret in obsequium: lentæ moderamine virgæ.  
 V erbera sunt præcepta fuga sunt verbera freni.  
 Q uin & promissi spatiosa per aquora campi,  
 C ursibus acquirunt commoto sanguine vires  
 P aularimq; avidos comites post terga relinquunt.  
 H aud secus effusis Nerei per cerula ventis,  
 C um se Threicius boreas superextulit antro,  
 S tridentiq; sono vastas excerruit vndas,  
 O mnia turbato cesserunt flumina ponto:  
 I pse super fluctus spumanti murmure feruens,

C onspicuum pelago caput, eminet: omnis euntem  
 N ercidum mirata suo stupet aquore turba.  
 H orum tarda venis longi fiducia cursus  
 H is etiam emerito vigor est iuuenilis in æuo.  
 N am quæcunque suis virtus bene floruit annis,  
 N on prius est animo quàm corpore passa ruinam.  
 P asce igitur sub vere nouo farragine molli  
 C ornipedes, venamq<sub>3</sub> feri, veteresq<sub>3</sub> labores  
 E ffluere aspecta nigri cum labe cruoris.  
 M ox letæ redeunt in pectora fortia vires,  
 E t nitidos artus distento robore formant.  
 M ox sanguis venis melior calet: ire viarum  
 L onga volunt, latumq<sub>3</sub> fuga consumere campum  
 I nde vbi pubentes calamos durauerit æstas,  
 L actentesq<sub>3</sub>, vrens herbas siccauerit omnem  
 M ensibus humorem, culmūq<sub>3</sub> armarit aristas  
 O rdea tum, paleasq<sub>3</sub> leues præbere memento.  
 P uluere quinetiam puras secernere fruges  
 C ura sit, atq<sub>3</sub> toros manibus percurrere equorum,  
 G audeat vti plausu sonipes, latumq<sub>3</sub> relaxet  
 C orpus, & altores rapiat per viscera succos.  
 I d curent famuli, comitumq<sub>3</sub> animosa iuuentus.  
 N ec non & casses ydem venatibus aptos,  
 A tque plagas, longoq<sub>3</sub> meantia retia tractu  
 A ddiscant raris semper contexere nodis,  
 E t seruare modum maculis, linoq<sub>3</sub> tenaci  
 L inea, quin etiam magnos circumdare saltus  
 Q uæ possit, volucresq<sub>3</sub> metu concludere prædas,  
 D igerat innexas non vna ex alite pinnas  
 N amq<sub>3</sub> vrsos, magnoq<sub>3</sub> sues, ceruosq<sub>3</sub> fugaces,  
 E t vulpes, acresq<sub>3</sub> lupos, ceu fulgura cæli  
 T errificent. liniq<sub>3</sub> vetant transcendere septum  
 H as igitur vario semper fucare veneno  
 C ura tibi, niueūq<sub>3</sub> alios miscere colores,  
 A lternosq<sub>3</sub> metus, sub tegmina tempore longo,  
 D ant tibi pinnarum terrentia millia vultur.  
 D at Libye magnarum auium sæcunda creatrix:

D atq; grues, cyeniq; senes, & candidus anser:  
D ant, qua fluminibus, crassisq; paludibus errant,  
P ellitosq; pedes stagnanti gurgite tingunt.  
H inc mage puniceas natio munere fumes.  
N anque illic sine fine greges florentibus alis  
I nuenies auium, suauiq; rubescere luto,  
E t sparsos passim tergo venare colores.  
H is ita dispositis, hyemis sub tempus aquosa  
I ncipe velocis catulos immittere pratis,  
I ncipe cornipedes latos agitare per agros:  
V enemur dum mane nouum, dum mollia prata  
N octurnis calcata feris vestigia seruant.



IOAN-

# JOANNIS DARCI

*venusini canes.*

**Q**ua generosa canum soboles, quis cultus alendo  
 Sit catulo, vnde suos Epirus clara Molossos,  
 Audacesq; sibi commendet Sparta Lacones,  
 Diua refer. Tu venatrix Dictynna ferarum,  
 Qua iaculo celeres nemorosa per auia ceruus  
 Traicere, & timidos gaudes praeuerrere damas,  
 Huc ades, & nostro aspira Dea casta labori.  
 Tu nemorum regina potens, tibi deuia lustra,  
 Et vastos canibus studium est circundare saltus.  
 Namq; tibi in vallesq; cauas, montesq; supinos  
 Antiquos diuum lucos, sylvasq; sonantes  
 Imperium est: saliens tecum decurrit Oreas  
 Montibus, & spolijs & cade superba recenti:  
 Ergo ades, & nostris adsis Latonia votis.  
 Principio catulus facie spectabilis alta  
 Hirsutis rigeat spatioso pectore villis:  
 Membra toris surgant latos animosa per armos:  
 Rectaq; se crudo distendant robore crura.  
 Colla breui tumeant spatio, glomerataq; ceruix  
 Disiectas ferat auriculas, radientq; coruscum  
 Raui oculi glaucive, & magno immitis hiatu  
 Ingentem fundat vasto clamore latratum.  
 Sic trepidum stabulis furem, tacitasq; luporum  
 Insidias, illo nunquam custode timebis.  
 Postquam etenim pingui rediere è granine sera  
 Nocte greges, tremulisq; vocant balatibus agnos  
 Lanigerae matres, explorat ouilia circum  
 Ipse vigil, dominoq; timens, vestigat vbique,  
 Ne fur vel stabulo repar, vel clausa fatiget  
 Septa lupus, sensimq; velu se immittere tecto.  
 Nec soli inuigilat pecori generosa propago:  
 Namq; alius (comperta loquor) leuisomnus heriles  
 Excubat ante fores, abigitq; latratibus hostem,

Vix audita alius domini mandata capeſſit  
 Sedulus, & nutum obſeruat, vocemq; loquentis.  
 Ille ſagax leporem ſcrutari, hic vtiles vndis  
 Sollicitat medio reuolantes ſtumine mergos.  
 Ille ſeras vaſtis turbare cubilibus, ille  
 Fulmineos agitare ſues bonus, ille fugaces  
 Perſequitur capreas, celeres his gloria ceruos  
 Siſtere, & immani concurrere cominus vrſa:  
 Aut grauia Eoi proſternere pondera Barri.  
 Hic alius celsa paſcentes rupe iuuenos,  
 Hircoſosq; greges comitatur, & ardua praecepſit  
 Saxa per & ſcopulos montana armenta tuetur,  
 Praedones aut dente premens, aut ipſe viciffim  
 Occumbens, animoq; ruens in vulneca forti.  
 Eſt etiam ex illis gens martia, qua q; feroci  
 In medias auſit concurrere fronte cohortes.  
 Hac ſi terrifico mauoria claſſica cantu  
 Sanguineum accendant opus, & clangore tremendo  
 Pugnaces acuant in triſtia funera turmas,  
 Inſpirentq; animis rabiem, cacumq; furorem,  
 Caſtra viris differta petit, cuſtodia fidos  
 Certa capit vigiles, alternaq; munia tractat.  
 Inde alias aliasq; acies per cornua verſa  
 Fronte locant pugnasq; ineunt, & bella laceſſunt  
 Acrius, inſultantq; hoſti, morſuq; fatigant.  
 Non ſtrepitu horriſono, aut vlllo terrore mouentur.  
 Nec celeres horrent Medo iaculante ſagittas,  
 Pilaeue & hemonio miſſas tyrone ſariſſas,  
 Eiuentisq; globos plumbi, pandasq; cateias,  
 Aut teretes rapido vibratos turbine contos.  
 Hac marti deuotus amor, diuaq; furenti  
 Negligit, & plagis gaudens, & ſtrage cruenta.  
 Nec quenquam videas qui terga fugacia vertat,  
 Declinetq; ictus duos, gladiosve, ſed omnes  
 Aut fundunt hoſtem, aut communi clade feruntur.  
 His Colophoniaca (ſi vera eſt fama) phalanges  
 Auxilijs, hoſtem valido fregere duello:

Insaustoq̄ olim cecidissent Cassia Marte  
Agmina, ni tali defensa cohorte fuissent.  
Qua functis patribus (meritis vt digna rependant  
Officia) canibus curant communia busta,  
Exequiarq̄ pares. & easdem in funere pompas.  
Istis rex Garamas, folio deiectus auito  
Milibus regnum, sedesq̄, recepit ademptas.  
Quinetiam Cymbrum iuere ad bella ferocem,  
Sanguineoq̄, leues tenuere in puluere Carros.  
Hos Maurusiacus sibi Massinissa parauit  
Custodes, hominum fidei diffusus, & isto  
Non sibi conducto sua sceptra satell. te cinxit.  
Talis & antiquis custos n̄ tritus Athenis:  
Phæbigena quoniam modico sacra vecta Epidauro  
Sacrulego vigili serasset ab hoste latratu.  
Quid referam quos auratis Minoia templis,  
Creta refert positos vigiles? quosq̄, insula solis  
Carpathij celebrat seruantis litiora ponti?  
Adde etiam, quod nulla homini mage prodiga grati  
Officij quadrupes, dominusq̄, fidelior ipsis:  
Nam mouet ad numeros se se, & quo iusseris ibit  
Ocyus, ad nutus iterumq̄, iterumq̄, recurrens,  
Frigoribus vinci, aut rabioso nescius astro.  
Et licet Herculeis fugias à Gadibus vsq̄,  
Ad Tanaim, aut Arabas, rutiliq̄, volumina Gangis,  
Vsque sequetur ouans, tua nec vestigia quoquam  
Deseret, at lateri semper comes ibit herili.  
Sistis iter? sistit, properas? velocius Euro  
Scindit in obliquum campos, cursuq̄, laceffit  
Aërias volucres. quod si post terga relinquis,  
(Nam dominum crebro aspiciens obseruat euntem)  
Ille moram cursu pensat. vidén ecce repente  
At ergo vt vultuq̄, hilaris blanditur amico,  
Aut velut explorans prior in deflexa viarum  
Exit, & insidias animo presentit acuto?  
Nec minus officij memor est quum pocula sumit  
Tota domus, dulciq̄, madent conuiuia baccho.

Concrepuere fores? volat explorator, amicum  
 Si norit, blandè admittit, pedibusq<sub>3</sub> volutus  
 Heret, & applaudit palpo, supplexq<sub>3</sub> precatur  
 Effusi veniam temere latratus: at hostem  
 aedibus exturbat, laniatq<sub>3</sub> vrget, & ipsi  
 Limine, vestibulo, corte interdicit herili.  
 Quod si vim faciet grassator, & obuia sorte  
 Arma ferat, iugulo intentans, in vulnera primus  
 Desilit, incurSATq<sub>3</sub> ferox, fremituq<sub>3</sub> superbo  
 Obiectuq<sub>3</sub> sui dominum tegit, & fera tentat  
 Prælia, nec fusum exhorret mucrone cruorem.  
 Testis erit dulci remeans Volcatus agro,  
 Sera tenebrosam traherent cum tempora noctem,  
 Quiq<sub>3</sub> olim thusca defensus in vrbe Senator  
 Nulla nisi primum caso cane vulnera cepit.  
 Te quoque Pallæo Dari quondam à rege fugatum  
 Ingentiq<sub>3</sub> manu spoliatum solus Hylæctor  
 Belli inter casus Martisq<sub>3</sub> pericula nunquam  
 Deseruit, sortisq<sub>3</sub> comes permansit iniquæ.  
 Quid quod in flammis dominorum ignesq<sub>3</sub> rogorum  
 Insiliunt aliq<sub>3</sub>? & cineres comitantur heriles?  
 Quid quod, & ad bustum (tantus post funera bruto  
 Durat amor, tristiq<sub>3</sub> nequit consistere mente)  
 In multos mansere dies? genuloq<sub>3</sub> latratu  
 Impia fleuerunt dominorum fata suorum?  
 Nulla fames, nullæq<sub>3</sub> animos flexere ciborum  
 Illecebra, sed enim magis insidet alto  
 Corde dolor, dominoq<sub>3</sub> piget superesse sepulto:  
 Quod reliquum est vita nocet, insomnesq<sub>3</sub> ministrat  
 Nocte dieq<sub>3</sub> animo curas, noua vulnera pascit  
 Irrequietus amor, tristesq<sub>3</sub> exasperat iras:  
 Exanguis donec vigor omnis deserat artus,  
 Defessoq<sub>3</sub> super sua fata cadauere claudant.  
 Adde quod infixos memori sub pectore vultus  
 Conspicuosq<sub>3</sub> semel, nullo obliuiscitur euo.  
 Iam duodena suo percurrens astra rotatu  
 Bis denos radijs Titan lustrauerat annos:

Ex quo Dulichios fines Laertia regna  
 Liquerat, & bello, & fluctu, iactatus Vlyses:  
 Quum tandem post multa trucus discrimina ponti  
 Contigit aptatos portus, placidaq; quiete  
 Fata dedere viro, atque Ithaca tellure potiri:  
 Iam neque Penelope, fractoq; atate parenti,  
 Non Eumo, non Telemacho, sed cognitus Agro  
 Tantum erat, effectis languenti viribus Agro,  
 Non tibi pulchra Tyros tantum tua purpura debet,  
 (Quauis ardenti saturatas murice vestes  
 Lata geras) quantum canibus, nec Sydonis esses  
 Lana repercussis vibrans fulgoribus ignes,  
 Ni canis Alcida scopuloso in littore reptans,  
 Puniceo primum tinxisset labra veneno.  
 Nunc age, quis villa melior, gregibusq; tuendis  
 Quae volucris soboles cursu, nasove sagaci  
 Sit potior (nec enim solers dedit omnibus vnum  
 Natura ingenium) quae sit ratio optima prolis  
 Formanda, quo Musa mihi dabit ordine dicam.  
 Ille igitur cui differt a custodia villa  
 Creditur, & vigili tristis in limine dantur  
 Excubiae, durum condiscat ferre laborem  
 A teneris, pinguiq; sero gliscentia pascat  
 Corpora, sub gelido recubans sine stramine dio:  
 Tum furuum villo fallat nigrante colorem  
 Noctis, vt excubias obscuro celet amictu.  
 Sed qui sub vigili simas pastore capellas,  
 Balantumq; greges sequitur, candore per agros  
 Molle pecus referat, mentitaq; veller a tergo  
 Assimulet, subitoq; lupum improuisus hiantem  
 Terre at assultu, & trepidis depellat ab hœdis.  
 Quod si te montes venabula ferre per altos  
 Aetolosq; iuuat per saltum tendere casses,  
 Ipse tibi audaces Spartanæ gentis alumnos,  
 (Nam stabulis ville melior, gregibusq; molossus)  
 Elige, robusta quibus à ceruice reiecta  
 Ad terram veniant aures, hirsutaq; densa  
 Colle pilo latos fundant cum clunibus armos.

Adde etiam Albanos, qui quantum viribus apris  
Occursare valent, fuluosq; æquare leones,  
Et vasto indomitos certamine frangere tauros,  
Aligeras tantum cursu prauertere damas,  
Sunt & Locrenses catuli, sunt Arcades, atque  
Cypria quos Salamis, quos diues Iberia pascit.  
Sunt & odorifera celebres indagine, solis  
Naribus insuetos inuestigare recessus,  
Secretosq; fera docti deprendere calles.  
Hos, simul ac fœtæ liquere cubilia matris,  
Notaq; despiciunt iam faucibus vbera duris,  
Mollibus assuescas epulis, pinguiq; ferina  
Sape auidos acuas dentes, ceruiq; cruentum  
Ad spoliū latrare doce, exuiasq; recentes.  
Inde tibi in vacuos educere proderit agros,  
Vmbrosas nemorum valles, & inhospita te sique,  
Oro tamen loro forti clamosa tenebis,  
Nec nisi firmatos vnquam patiēre furenti  
Setigero, aut sese venienti opponere ceruo.  
Acrius in vetitum tendent, inuitaq; habentis  
Colla reluctantum cupient exire ministri.  
Interea si forte graui spiramine raucum  
Increpuit cornu, toto iam pectore prædam  
Concipiunt, queruloq; replent lata arua boatu.  
Inde suos etenim Lacedæmon Achaica laudat,  
Assueti quoniam syluis, cupidiq; ferarum  
Præcipiti feruore ruunt, perq; inuia lustra,  
Conuallesq; cauas, & sentibus horrida duris  
Arua, & vulnificis dumeta rigentia spinis  
Dente rotant prædas, indefessiq; sequuntur  
Quod semel emissum est, illos non obuius amnis  
Vicinos dirimens sinuoso gurgite colles,  
Sistit, nec rapidos lato tenet obice cursus.  
Et licet assiduo frangantur anhele boatu  
Ora, trahantq; agros afflictis viribus artus,  
Assequier tamen est animus, concussa fragorem  
Sylua dat, alta sonant latè loca, curua resultant  
Littora, miscentur totis fera murmura campis.

Diuersa veniunt præstantes dote Molossi  
 Diuersi ingenijs, non omnibus omnia præstat  
 Natura, at vario ludit discrimine morum.  
 Nam cum sint volucris non vltima gloria cursus,  
 Nec sepe audaci formident impete fuluos  
 Frangere apros, ceruosq; fuga versare pauentes,  
 Vberior tamen est illis, & fortior inde  
 Laudis causa venit, molli quòd tempora somno  
 Pauca terunt, seu flammigero det limina curru  
 Phœbus, seu niueas agitat Latonia bigas,  
 Somnifero obliquum voluens iubar axe per orbem.  
 Sed vigili domino cura, raroq; cadente  
 Lumine prospiciunt, & herilia murmure circum  
 Claustra fremunt, ne sint nocturno peruia furi,  
 Néve lupo, tutaq; greges statione quiescant.  
 Sin autem vacui spatiosa per aquora campi  
 Auritum tepido leporem exturbare cubili,  
 Accipitremq; iuuat volucris prætere apricæ,  
 Hic tibi sunt humiles villo breuiore legendi,  
 Indidit ipsa suum quibus olim Hispania nomen.  
 Hi si fortè leuis toto lepus errat in aruo,  
 Ponè legent rostro vestigia nota sagaci:  
 Et modo transuerso, modo recto iugera sulco  
 Scrutantur, validis iterum sudata iuuentis.  
 Nec prius abissent putres percurrere glebas,  
 Et studium tremulo caudæ ostentare stabello,  
 Quàm vestigati subito lepus æquoris ampla  
 Corripiat spatia, & campo se credat aperto  
 Ocyus, insequitur Pterelas, cursuq; citato  
 Interualla facit lati decrescere campi.  
 Iam propior propiorq; micat, iam captat hianti  
 Summa pedum rostro, iam terga fugacia stringit.  
 Ille pauet, flexoq; obliquat tramite cursus,  
 Et dubia trepidans formidine iamq; teneri  
 Se putat, & rursus tangentis ab ore recedit,  
 Fataq; momento sibi prorogat, emula donec  
 Rostra leuis mergat miserando in corpore victor,  
 Fulmineus victor, gemino cui tramite lumbos

Spina subit graciles, & castigata coerces  
Ilia substrictus venter, stant crura volantem  
Præteritura Notum, longo internodia ductu  
Pes gerit, in calum tolluntur acumine bino  
Auricula, flexoq<sup>3</sup> in lauia tergora gyro  
Erecta redeunt falcata volumine caudæ.  
Sunt humiles etiam Melitæa ex gente catelli,  
Quos gremio gestare solent Heroides, hiq<sup>3</sup>  
Nec cursu celerem sectantur præpete ceruum,  
Nec lato pavidum leporem scrutantur in aruo:  
Veste sedent fluxa, & pedibus mylesia calcant  
Serica, sub tyrioq<sup>3</sup> recumbunt molliter ostro:  
Nunc caput exsertant gremio, saliantq<sup>3</sup> decorum  
Nobilis in vultum domina, lusug<sup>3</sup> fatigant  
Labra corallino modicum suffusa rubore,  
Vernantesq<sup>3</sup> genas, & ebur superantia colla.  
Smaragdoq<sup>3</sup> graues digitos, & Perside gazæ  
Nunc tenui latrare sono, pictoq<sup>3</sup> videbis  
Lasciuire toro, aut nitida iuueniliter aula.

Hoc mihi cœlicolæ tristes lenimine curas,  
Tadiag<sup>3</sup> humana concedite pellere vitæ:  
Hac, vtinam mea vota tenus sint improba, nunquam  
Diuitias Arabum ingentes, opulentaq<sup>3</sup> Cræsi  
Regnapetam, nunquam vt vanos mihi purpura fascēs  
Ostendet, populi applausu plebisq<sup>3</sup> fauore  
Sollicitis precibus superos ambire iuuabit.

At syluæ, gelidig<sup>3</sup> specus, caua lustra ferarum,  
Rurag<sup>3</sup>, & arcana labentia flumina valle  
Sunt animo, hic reliquam vitæ, at que extrema sororum  
Pensa mihi rumpi exoptem, securus ab omni  
Inuidia, & misera procul ambitione, beatus  
Sorte humili, & tristi curarum liber ab astu.

Talia condebam Venusino lentus in agro:  
Dum pueri (quorum ratio mihi carior omni  
Laude fuit) reditum ad Musas, reciduaq<sup>3</sup> fesso  
Indulgent studia, & serula sceptræ improbo cessant.

FINIS.

Francoforti,  
EX OFFICINA MARTINI LECHLE-  
RI, IMPENSIS SIGISMVNDI  
FEYERABENDII.





M. D. LXX XII.

EX OFFICIO  
R. I. G. I. S. M. V. N. D. I.  
UNIVERSITATIS BONONENSIS



M. D. LXXII.





44. Ruzfuss.



[www.books2ebooks.eu](http://www.books2ebooks.eu)